

11

★

CONSULTATVR CASVS THEOLOGICVS MORALIS, CVIVS SPECIES EST TENORIS SEQUENTIS.

Instabat electio Prælati Conventus cuiusdā Religionis, & eorum Religiosorum, qui in illo habitabant duo erant prætēores præfulatus, ambo capaces, & apti inveniebantur ad obtinendum officium Prælati dicti Conventus, secundum Constitutiones prædictæ Religionis; sed alter ex duobus prætentoribus pro se habebat quamdam partem vocalium, hoc est, aliqua suffragia Religiosorum habentium vocē in electione, & alter prætentor excedebat in graduatione comp̄rētēsorē suū. Pater Provincialis, qui tunc visitabat reliquos Conventus Provinciæ desiderabat, ex dictis duobus prætentoribus, illum eligi, qui habebat dictam partem vocalium, & cū

pervenisset ad dictum Conventum causa visitandi illum, permanxit in volūtate, & animo, in quo antea erat, vt eligeretur ad præfulatum prætentor habens dictam partem vocalium; sed cum insigne opus maioris facili prædicti Cōventus incepturn esset, & nōdum perfectum, nec sperabatur, vt videretur consummatum ob egestatem Conventus; Prætentor habens partem vocalium obtulit dare, & deponere duo millia ducata, vt prædictum opus reciperet perfectionem, & obstrinxit se ad illud consummandum tempore officij Prælaturæ. Hæc oblatio ab omnibus accepta fuit. Obtulit etiam idem quamdam Crucem argenteam magnā, & magna æstimationis in dic-

to Conventu diversis causis, vt
communitas vteretur illa, vt bo-
num propriam, & defacto vigi-
lia diei electionis coram omni
communitate in integrum de-
dit duo Millia ducata monetae
supradicta, quæ per decretum
communitatis deposita fuerunt
in quodam Religioso com-
munitatis, vt ea consumplisset in
prosecutione structuræ dicti fa-
celli maioris. Sequenti die pro-
cessum fuit à Communitate præ-
dicti Conventus ad electionem
Prælati eius, & nullo suffragio
discrepante, obtinuit præfusatū
prætensor, qui motus ex libera-
litate talia dedit Conventui, &
quia in electione observata fue-
runt, quæ de more, & Constitutionibus
Religionis observari so-
lent, admissus fuit ad exercitium
præfusatū alacriter ab omni-
bus Religiosis. Eatenus species
causus.

2 Quapropter dubitatur:
an in facto hoc adfuerit labes si-
moniae, & huius criminis sit reus
P. Provincialis, vel vocales, qui
suffragia dederunt, aut electus
ad præfusatū, quia dedit prædic-
ta ducata, & Crucem?

3 Ad cuius dubij resolutio
nem primum supponitur: elec-
tionem Prælatorum ex lege Re-
ligionis faciendam esse à Reli-
giosis Conventuum Canonice,
vt constat ex Constitutionibus
eiusdem lib. I. exposit. regule, cap.
35. §. 1. ibi: *Per suffragia fratru-
um uniuscuiusque Conventus, per
secretas schedularum suffragia ma-
ioris partis Capitularium præsen-
tium, electi suffragio non computa-
to; alias electio sit irrita, & innan-
nis, & serventur ceteræ conditio-
nes, nempe absolutio, iuramentum,
ritus suffragandi, forma pronuntia-
di decretum.*

4 Secundum supponitur;
In his electionibus Prælatorum
Conventuum PP. Provinciales
non habere vocem, nec posse
intervenire in illis, neque scribere
epistolas ad hoc vt eligatur a-
liquis, quia vocales debent ha-
bere omnimodam libertatem
ad electionem faciendam. Sic
statutum est in Constit. lib. & c.
dict. §. 5. *Et cum electiones liberae
omnino debeant esse, præcipimus in
virtute sanctæ obedientie Provin-
cialibus, quod nullas epistolas ad Cō-
ventus, in quibus infat electio mit-
tant*

tant proponentes personas aliquas eligendas, nec accedant ad tales Cōventus nisi in casu magna dissensionis.

5 Tertiū supponitur; Quod in prædictis electionibus tatum pertinet ad iurisdictionem Patris Provincialis cōfirmare electum, cū electio fuerit valida, de qua constat per decretum electionis, quod exhibetur ab electo ribus subsignatum à tribus scutatoribus, qui debet esse præsidiens electionis, & duo antiquiores Religiosi illius communatis, vt expressum est in dict. Cōtitut. libr. 3. fol. 529. vbi adest formularium dicti decreti, & tamē pertinet ad P. Præsidentem, & Communitatem admittere electum in possessione præsulatus.

6 Quartum supponitur; Quod simonia ab omnibus DD. sic definitur, est *studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali connexum*; dicitur *studiosa voluntas*, quia hæc debet esse deliberata, ad exclusionem motus voluntatis nō habentes plenam deliberationem, aut procedentes ex bona fide,

² sinceritate, vel inculpabilis ignorantia; & tamen dicitur emendi, aut vendendi, ad inclusionem omnis contractus reciproci, tam ratione pretij realis, quam virtuallis, & ideo dividunt DD. premium, in premium munieris, premium linguæ, & premium obsequij; in his omnibus adest labes simoniacæ secundum communem opinionem.

7 Quintum supponitur; simoniā esse mentalem, aut conventionalem, vel realem, inter quas invenitur simonia confidetialis; & aliquando palliata, & quomodo cumque sit, in venitur simonia prohibita à iure Divino, & Canonicō, & nullo modo licet pretio temporali emi, vel vendi spirituale.

8 Sextum supponitur; Posse pecuniam dari pro re spirituali, vel aliquid pecunia æstimabile ex pluribus rationibus; primum potest dari per modū pretij; secundū per modū sustentationis ministrorum rerum spiritualium, seu per modū elemosynæ; tertium per modū oblationis, que fit Deo in suo ministro, quartū per modū

liberalitatis , seu spontaneæ donationis , & gratitudinis ; quintum per modum laudabilis confuetudinis , nam consuetudines aliquando originem habent , ex fustentationis ratione , seu oblatione , & sic dās ex tali cōfuetudine temporale pro spirituali , dat per modum oblationis , & elemosynæ , & ideo nunquam simonia committitur , nisi cum temporale datur tanquam pretium pro spirituali ; semper ergo advertendum est , an intercedat ratio pretij , quia si datur temporale non ut pretium rei spiritualis , tunc non adest labes simoniae . Sic docent Cardinal . Tolet . in Summ . latin . lib . 5 . cap . 88 . num . 1 . & 2 . Rocaful . quem laudat , & sequitur Diana part . 11 . tract . 6 . resolut . 31 . Reuer . Pat . Torrecilla in proposition . damnat . Tractat . 4 . consult . 4 . conclus . 6 . num . 43 . & 44 .

9 Septimum supponitur ; Intentionem , & animum tam ex parte datis , quā recipiētis , esse essentiale ad perfectionē criminis simoniae , quia sine illa , aut sit directa , virtualis , aut interpretativa non potest adesse la-

bes simoniae ; Vnde quotidie experimur dando temporale pro spirituali non committi prædictum crimen , quia excluditur ratione bonæ fidei , & sinceritatis . Caramuel in Theolog . Moral . lib . 2 . num . 864 . Lumbier in proposition . damnat . tom . 3 . pagina mihi 1196 . num . 1930 . Torrecilla in dict . proposition . fol . (mihi) 241 . nu . 100 . & in sum m . tom . 2 . fol . 267 . nu . 20 .

10 Præictis his fundamētis , assertum dubium negativē resolvendum est , & vt discursus clarior fiat , dividitur in quatuor Articulos .

ARTICULUS PRIMUS.

1 **P**ater Provincialis in facto proposito non cōtraxit crimē simoniae nec ex parte eius animi , & voluntatis , qua desiderebat , vt eligeretur prætentor , qui dedit prædicta munera , simile scelus invenitur .

2 Probatur ; Prædictus prætentor , vt constat ex facto , obtulit prædicta munera , postquam P . Provincialis pervenit ad

ad dictum Conventum ; sed antequam accessisset ad eum P. Provincialis habebat voluntatem efficacem, ut hic , & non alter eligeretur à Communitate: ergo voluntas Patris Provincialis non habuit ortum ab oblatione prædictorum munerū; sed sic est quod voluntas, quæ nō oritur ex oblatione , aut donatione non constituit actum simoniacum: ergo voluntas , qua desideravit P. Provincialis illum eligi, ad præsulatum Cōventus, non patitur labem simoniæ, nec inquinata est tali criminē. Et antequam accederet ad prædictū Conventum, illa voluntas aper ta fuit pluribus à P. Provinciali, & tamquam consentanea rationi, & utilis Conventui approba ta fuit à Religiosis primi gradus Provinciæ, & ideo quia instabat electio obtinuit P. Provincialis ab Illusterrimo Nuntio Summi Pontificis in his Hispaniarū Regnis literas , quibus præcipiebat Communitati Cōventus, ne impediret aditum illius Patri Provinciali prætextu electionis instantis ; sed sic est , quod pro tunc ignorabatur prætenforem

3

inclinari ad oblationem , & donationem, dictæ quantitatis , & crucis, quia nec per epistolam, nec alia via talis notitia explana nata fuit , & non deesset, qui il lam propalasset , si prætenfor expresisset: ergo dicta voluntas P. Provincialis , non traxit originem ex oblatione, & donatione dictæ quantitatis, & crucis.

3 Amplius probatur: Reverendissimus , & Doctissimus Lumbier tom 2. num. mihi 661. de simonia , & causis eius loquens sic ait : hæ causæ distingui possunt quando spirituale pro temporali datur ; Petrus v.g. offert sacrū pro me, quoniā fū davi beneficiū cum tali onere, est efficiens ; Petro dedi beneficium , quia est cognatus meus, est causa materialis. Petro dedi beneficium, quoniam à me petit Franciscus, cui debeo multa opera bona , quia alio modo nō darē illi, est conditio sine qua non. Cuidam patrono demereor ut illum alliciā , ut mihi det beneficium , quando vacauerit, hæc est dispositio. (hos casus relatios vacare simonia affirmat Lumbier) Petro dedi tale beneficū,

quo-

quoniam mihi tribuit tantum pro illo, aut quia solvit hos superatus, haec est causa formalis, specificativa donationis, & formalis nominatur, quia obiectum principale actuum est forma specifica essentialis eorum, & cum hic detur clare, est pretium, & potius quando tali modo datur, quod sine illo non adest motivum aliud sufficiens ad tale donationem. Hucusque Lumbier.

4 Ex cuius doctrina deducitur, actus sumere speciem, & malitiam à suis obiectis formalibus; sed ante quam offerret dictus prætensor dictam crucem, & quantitatem, P. Provincialis habebat dictam voluntatem, & intentionem: Ergo donatio prætentoris non potuit esse obiectum formaie dictæ voluntatis, sed alia causa, quæ fuit utilitas convertitus, & aptitudo prætentoris, qui à religione honoratus fuit gradu contionatoris generalis, & alijs prælaturis, quas exercuit laudabiliter, & multoties illum eligendo in Diffinitoré Provinciae.

5 Iterum probatur; Emmanuel Rodriguez in Summ. tom.

2. fol. 142. nu. 3. circa finem ait: Si aliquis resignat beneficium in manibus Episcopi sine aliquo tractatu, nisi solù intentione, ut illum det Petro, & defacto resignatione accepta, dat Petro beneficium, tutus est dictus Petrus, secundum quod dicit Nauarro post divum Antoninum, in quantum hic non incurritur i.e. simoniæ, etiæ mentalè; Eamdem opinionem tenet relatus Nauarro in quodam Consilio. Hucusq; Emmanuel Rodriguez; nunc ergo; ratio, per quam dictus resignans non commisit simoniæ, est, quia licet haberet intentionem, & voluntatem ut daretur Petro beneficium, talis intentio fuit in dependenter ab aliquo tractatu, oblatione, aut donatione conventionali; sed sic est, quod P. Provincialis in nostro casu habuit dictam intentionem, & voluntatem omnino nudas tractatu aliquo, donatione, aut oblatione conventionali: ergo voluntas, & intention P. Provincialis in hoc casu penitus fuerunt absque macula simoniæ, etiam mentalis.

6 Obijcies: Doctissimus, & Reverendissimus P. Torrecilla

la in suis Consultationibus tom. 3. fol. 470. in sua responsione Apologetic.nu. 70. ait: hic non disputatur de eo, quod possunt dicere, circa intentionem , tam dans aliquam rem, quam conferens beneficium , aut rem spiritualem,nisi de intentione,quam in rei veritate tales habent,quia hæc culpa in realitate dependet ab intentione , tam offerentis a liquid,quam confferentis beneficium,aut rem spiritualem , vt constat text. in cap. tua nos de simonia.

7 Sed huic obiectioni respondetur , concedendo , quod non debetur disputari,quod dici potest circa intentionem, nisi de intentione,quæ in realitate interfuit , & circa hanc patet , & manet probatum P. Provincialis eam habuisse efficacem ante oblationem , & donationem dictæ quantitatis , vt eligeretur prædictus prætentor , quia erat aptus præsumptui.

8 Sed instabis; Ex doctrina Doctissimi , & Reverendissimi P. Ioannis ab Assumptione in suo Funali Moral.(vulgo antorchia) pagin. 320. apud Torrecillā in

suis Consolationibus tom. 3. fol. 472. num. 87. Ad simoniam nō requiritur formalis,& directa intentio dandi spirituale pro temporali , sed sufficit intentio virtualis , & interpretativa ; verba sūt prædicti Ioannis ab Assumptione; sed sic est,quod licet Pater Provincialis non haberet intentionem , & voluntatem directā, illam habuit interpretativā , & virtualem, circa oblationem , & donationem temporalem: ergo.

9 R. Concedēdo maiorē , & distinguēdo minorē; quod licet P. Provincialis non haberet intentionem , & voluntatem directam, illam habuit interpretativam , & virtualem. ad hoc , vt electio fieret , & daretur officiū Prælati propter oblationem , & donationem temporalem, negatur minor ; vt daretur officium , & fieret electio , quia in tali occasione expediebat, vt esset pre latus dictus prætentor cōdecoratus , & alijs motivis licitis , & honestis, conceditur minor , & sic negatur consequentia , quia non habuit P. Provincialis intentionem virtualem, aut interpretativā, sed directā,& forma-

lē, vt eligeretur offerens dictam quātitatem, cæterū dicta intentio, & volūtas nō fuit, vt abūde manet probatum, cum inspectione ad donationem, quia eam præcessit dicta volūtas directa, ab vtilitate Conventus ob aptitudinem præterioris, & ideo de siderabant, eum eligi.

10 Iterū instabis: licet mavis salvificare intentionem, seu voluntatem P. Provincialis, negari non potest, quod illam habuit inspicioendo ad hoc vt prætentor daret aliquid temporale; sed sic est, quod hoc non poterat fieri sine macula simoniæ: ergo in hoc casu, intentio, seu voluntas Patris Provincialis maculata fuit vitio simoniæ.

11 Respondetur ad instatiā primo negando maiorem, quia in tali occasione voluntas P. Provincialis tantummodo aspiciebat, vt eligeretur dictus prætentor, quia sic iudicabat ex pedire pluribus causis, & rationibus, & si aspiceret ad tempore, quod prætentor poterat dare, antequam ad dictum Conventum iret, cognitum suisser, & non defuisset, qui illud propala-

ret; sed sic est, quod nullus illorum, quibus hæc intentio nota fuit, (qui fuerūt fere omnes) tale cogitauit, siquidem illud non dixit: ergo dicta voluntas, & intentio P. Provincialis omnino vacavit labe simoniæ quia non respexit ad illud quod prætentor oblaturus, & datus erat.

12 Secundū respondetur, cum Doctissimo, & Reverendissimo Rodriguez, in Summ. tom. 2. fol. 134. cap. 56. num. 8. Cuius verba quamvis idiomate vulgaris scripta, more latino sic te habent, & ita in hoc discursu transcribitur de alijs: est magna differentia inter spem alicuius rei ab aliquo accipiendæ, si in aliquo negotio fecerit eius placitum, & vele aliquem donare illud quod sperat ab alio faciendo eius voluntatē, & inter tractatum tacitum, qui fit dandi, vel accipendi dictam rem, quoniā vele dare, aut accipere, non est dare, vel accipere, veluti voluntas emendi, non est emere, nec voluntas confitendi, non est cōfiteri; & amplius, cum non tota expectatio dandi vel accipendi aliquam remunerationem, sit

simoniaca, quia si esset, omnes, qui beneficia tribuunt, essent maculati hoc vitio, siquidē ferre omnes sperant, ut recipientes beneficium benefactoribus suis agat gratias aliquibus obsequijs iuxta legem naturalem obligatē nos omnes retribuamus beneficia his beneficiētibus nobis. Hucusque P. Rodriguez: ergo dato, quod volūtas seu, intētio P. Provincialis intueretur ad illud, quod prætentor poterat dare, hoc non arguit malitiam, & multō minus malitiam simoniaci, & ad summū foret spes ad illud, quod prætentor, ut gratus posset facere, hoc potuit accidere sine macula simoniæ, ut ex dicta doctrina patet: ergo adhuc cum tali spe, & intuitu ad illud, quod prætentor poterat dare, male asseritur voluntatem P. Provincialis esse maculatam cum labē simoniæ.

13 Confirmatur alijs verbis eiusdem Rodriguez in eadē summa, & tom. fol. 142. cap. 60. num. 5. vbi ait: Intentio accipiē di aliquam obligationē gratuitam, & non aliquam obligationem legalem, non inducit simo-

niam, cum nō habeat vim pretij, ut colligitur ex D. Thoma; sed sic est, quod dicta intentione P. Provincialis, non aspiciebat aliquam obligationem legalē prætentoris, & si aliqua potuisset dare, esset, quid oriens ex sua gratitudine, & libera voluntate: ergo voluntas, ieu intentio Patris Provincialis libera fuit à labē simoniæ.

14 At quamvis talis inspeccio, quam voluntas P. Provincialis nasceretur ex dicta intentione, non erat principalis, sed vt secundaria intentionis principalis: ergo hæc per se nō intuebatur ad donationem prætéforis, sed tātum desiderabat electionem prætéforis, quæ erat objectum formale, & causa principalis, & sic immunis à crimine simoniæ fuit.

15 Facit, quod dicit Giménus de simonia part. 2. cap. 15. n. 6. ibi: Nō est simonia dare aliquid téporale, vel antè, vel pōst, ei, qui exhibet aliquid spirituale, etiam cū intentione, quod recipiens ex virtute gratitudinis donet postea temporale, & ratio est, quia donum opponitur

B pre-

pretio: ergo dato, quod P. Provincialis expectaret, vt electus aliquam ageret gratiam, attamen non debet notari voluntas, vt intuens ad donationem, omissa causa principali, ad quam debet attendi.

16 Iterum instabis; ante quam P. Provincialis accessisset ad dictum Conventum ubi instabat electio, dictus praetensor obtulit praedicta munera; sed hoc non potuit latere P. Provinciali: ergo voluntas, quam habuit circa electionem P. Provincialis fuit virtute oblationis munierum.

17 Respondetur negando maiorem: quia antequam accessisset ad dictum Conventum P. Provincialis, nullomodo obtulit dictus praetensor praedicta munera, nec aliquid aliud, & si forte fecerat dictam oblationem, esset electoribus, & hoc multis rationibus, (vt postea videbitur) dubitari debet, immo vt incredibile reputari; ceterum dato, quod dicta oblatio facta fuisset, de ea non habuit notitiam Pater Provincialis, nec ab aliquo revelata fuit; sed quomodo pote-

rat revelari, si nemini venit in mente? Vlqquò præfente P. Provinciali in dicto Conventu, prætendor obtulit ex sua liberalitate, & voluntate Crucem ad ornamentum sacrificiæ, & quantitatem, vt prosequeretur structura incepta facelli maioris: Igitur est impostura afferere, voluntatem P. Provincialis habuisse præfentem dictam oblationem, & sic ruit instantia.

18 Ultimò dices: Si P. Provincialis antequam pervenisset ad dictum Conventum, habuisse intentionem, & voluntatem efficacem, vt dictus praetensor eligeretur à Communitate, statim ac ingressus fuit, cognita fuisset, & illam expressisset; sed sic est, quod non solum non expressit dictam voluntatem, sed explanavit contrariam, quia dixit, se vele alios eligendos esse: ergo signum est voluntatem nō antecessisse ingressum dicti Conventus, sed ortam fuisse ex oblatione dictæ quantitatis.

19 Respondetur negando maiorem: Verum est, quod statim, ac P. Provincialis ingressus fuit ad dictum Conventum, nō ex-

ARTICULUS SECUNDUS.

expressit suum animatum , & voluntatem , quam habebat , vt eligeretur dictus prætentor , & vsus simulatione alium eligendū fore explanavit , ad hoc vt electores dicerent sententiam , in qua inveniebantur , & sic cōparare media severa electioni prætentoris : & versati in electionibus cognoscent hunc esse modum , vt securè eligatur , ille , qui debet eligi ; & advertendum est , quod licet maior pars vocalium effet pro parte dicti prætentoris , secundūm voluntatem P. Provincialis , adhuc desiderabat iste , illum eligi nemine discrepāte , & propterea voluit scire voluntatem minoris partis vocalium , & ob istā causam , simulatione prædicta vsus fī , qua mediante , disposuit eligi prædictum prætēsorem , nullo deficiente suffragio , vt accedit , quamvis raro; ex quibus exclusa est instantia ; & ita de primo ad ultimum constat evidēter , quod voluntas , seu intentio P. Provincialis , qua desideravit effectum prædictæ electionis fuit pura , & immunis à labe simoniæ . Et hæc pro primo articulo sufficiente .

S Tipulatē P. Provinciali donationē prædicitorum munerum , non contrxit crimen simoniæ . Et probatur primo ex diffinitione simoniæ , nam est *studios a voluntas emendi , vel vendendi* , ubi pro spirituale datur temporale , vt per causam principalem ; sed in hoc casu non datum fuit officiū Prælati propter dictam quantitatem , vt causam principalem : ergo . Probatur cum Doctissimo Torrecilla in proposition . damnatis fol . 231 . num . 9 . Vt daretur officium per dictam quantitatem , tamquam per causam principalem , necessarium erat , quod eiset ut emptio , aut venditio , & ad hoc debebatur accepti temporale , pro spirituali , æstimans æqualiter spirituale , & temporale , coæ quando a' abo , in pretio , & æstimatione , appéndendo officium Prælati cum quantitate ; sed sic est , quod in præsenti casu , non adiut talis formalitas , sed tantum recipiēdi dictum pignus , & quantitatē pro fine honesto , & Deo pla-

cendi : ergo in dicto casu donatio temporalis non fuit causa principalis dandi officium Prælati, quod est spirituale.

2. Probatur etiam cum Reverendissimo Lumbier apud Torrecill. tom. 3. fuerum consult. fol. 467. num. 49. vbi ait: semper quod non reperitur alia causa dandi tempore pro spirituali, nisi donatio illa temporalis, convincitur, quod donatio est causa principalis; sed sic est, quod in praesenti casu, ad dictæ quantitatem accipiendam fuit finis honestus placendi Deo: ergo in dicto casu donatio dictæ quantitatis, non fuit principalis causa ad conferendum officium.

3. Probatur doctrina Nauarri, cap. 23. num. 100. & sic laudatur a P. Lumbier vbi supra apud P. Torrecillam, & hic super propositiones damnatas, fol. 241. num. 99. (& valde notabile est.) Diversa res est, dare, & sumere per modum pretij (& hoc est simonia) & dare, & sumere, per modum sustentationis, liberalitatis, & gratitudinis, per modum elemosynæ, aut per modum obligationis legalis, aut

consuetudinariæ, (vt cum Cardinal. Toleto diximus in sexto supposito) quia in hoc non committitur simonia; sed in casu proposito plures adfuerunt rationes ad accipiendam dictam quantitatem: absque ec., quod eslet causa principalis, aut finalis: ergo non debet dici, dictam qualitatem, & pignus fuisse causam inducentem obligationem, taliter, vt electio facta fuisset ob eam.

4. Fulcitur assumptum auctoritate Dianaæ 5. part. tract. Miscelaneo 14. resolut. 75. fol. 619. & quia est in terminis propositi facti, necessarium duxi referre de verbo ad verbum, & sic se habet. An sit simonia, si Titius promittat Caio, se datum eleemosynam pauperi, aut loco pio, si Caius in petret Titio beneficium Ecclesiasticum? Negativè respondet Turrianus in selectis disputation. part. 2. disputat. 16. dub. 3. quia qui offert imprestationem beneficij, nihil accipit temporale pro beneficio, aut intercessione; sed Titius movet illum ad benè operandum per obligationem pe-

cuniæ ad actum honestum ; sicut quādō Pater v.g. offert pecuniam, vel quid simile filio, vel filiae, vt moveat illos ad benē operandum; v. g. ad audiendam Missā-n, vel confitenda peccata , & ideo potest fieri sine simonia missio de dando aliquid infideli, vt convertatur ad fidem, vel fideli, vt ingrediatur Religionem , semper enim dicendum est, fieri sine simonia, si non detur per modum pretij rei spiritualis , sed solum admonuendum hominem ad bene operandum. In præfenti autem dubio non offert Titius pecuniā Caio, sed promittit se facturum actum honestum , & gratum Caio, vt moveat illum ad impenetrandum beneficium , sicut si filius promitteret patri se facturum aliqua opera virtutum grata patri , vt pater illa filio conferret, non vt pretium rei spiritualis , sed motus ex gratitudine, in quo non esset simonia, sicut nec è contrariò est simonia, quādō Pater offert filio aliquid pretio estimabile , vt moveat illum , ad opera vi. tutum facienda , & eadē modo collator be-

neficij posset illud beneficium promittere alicui , vt moveret illum ad faciendam eleemosynam, non ut pretium beneficij, sed vt actum honestum, & Deo gratum, & idem iudicium est si offerretur eleemosyna alicui loco pio , vt aliquis moveretur ad impenetrandum, vel conferendum habitum Religionis militaris , & tandem advertendum est, quod licet pro curia Romana sit bulla, in qua probibetur dari aliquid pretio estimabile pro impenetratione beneficij ecclesiastici, tamē per illam bullam, non prohibetur casus præfentis dubij , quia hic reverā non datur aliquid pro intercesione, sed vt diximus , offertur pecunia ad actū honestum , vt aliis moveatur ad impenetrandum, vel conferendum beneficium , & hæc omnia ad verbum afferit Turrianus loco citato ; vñq; hac doctissimus P. ina , ex qua doctrina remanet resolutū factum propositum , & vindicatum à labe simoniæ, quam supponebant aliqui, erat inquinatum, & sine dubio convincitur, donationem prædicti prætēfōris,

ris , non solùm vacare tali vitio,
sed fuisse actum heroicum,hon-
estum, & gratum Deo , vt po-
tè factum intuitu cultus Divini
sicut constat ex facto.

5 Secùdò probatur doctrina P. Thom. Sanch.to. 1. cons.
lib. 2.cap.3. dub. 28. nu. 7. vbi
loquēdo de provissoне beneficiorum,quam faciunt Illustrissimi
& Reuerendissimi Domini Episcopi, ait; & similiter servire
Episcopo intendendo, vt confe-
rat beneficium , non tanquam
pretium servitij , sed ex gratia,
& benevolentia causata ex ser-
vitio, nō est simonia; vsque huc
Thom. Sanchez : ergo si servi-
tium, quod a famulo p̄fstatutur
Domino Episcopo , potest esse
tali modo honestum, vt per be-
nevolentiam talis servitij obti-
neat absque macula simoniae
beneficium , potiori titulo erit
honestum servitium Deo factū,
in pecunia data, vt prosequere-
tur, & consummaretur structu-
ra suæ Ecclesiæ : ergo donatio
pecuniaæ in nostro casu ad struc-
turam Ecclesiæ fuit honesta , &
consequenter ex eius benevolē-
tia potuit,(dato quod sic fuislet)

dari dictum officium sine ma-
cula simoniae.

6 Ideā probatur , ex doc-
trina P. Torrecilla in tom. pre-
position. damnat. fol. 235.con-
sult.4. nu.5.vbi postquam exci-
pit aliquos casus in provissoне
beneficiarū à vitio simoniae, ait;
idem eslet, si tale beneficiū da-
retur per affectum , & benevo-
lētiā ortam à dicto bono tem-
porali , & quia est valde diver-
sum, dari per dictum affectum,
& benevolentiam , quam dari
per compensationem tempora-
lis, vt ex se patet,&sic per huius
condemnationem non intelli-
gitur illud comprehenſum. Et
quia si non est simonia dari be-
ficiū Episcopo intuitu con-
sanguinitatis, vt traditur à Tho.
Sanchez tom. 1. Consilior. lib.
2.cap.3. dub.28.num.5.& cap.
1. dub. 10. a num. 14. Minimè
erit simonia dare beneficium,
per affectum , aut benevolentia
(quid quid sit de origine bene-
volentiae , & affectus) & etiam
quoniam quod datur per affec-
tum , & benevolentiam , datur
gratis , & nullo modo per com-
pensationem , aut pretium , &
pro-

prosequendo in sequenti num.
51. ait: & quia sic practicatur omnibus diebus ab Episcopis, cum suis exoletis conferendo illis beneficia per benevolentiam, & affectum ortum ab obsequio ab illis praestito, quos esset datus reputare simoniacos, & amplius, cum tales exoleti sint, ut supponi debet, alias benemeriti. Usque huc P. Torrecilla. Probatur ex hac doctrina servitium factū ab exoleta posse esse honestum, & etiam quod per benevolentiam dicti servitij honesti potest absque labore simoniae dari beneficium: ergo si in nostro casu servitium Deo factū in donatione pecuniae ad structuram Ecclesiæ fuit honestum, & cum prætensor esset habilis, & proportionatus, ut supponitur, sequitur quod, per benevolentiam, & affectum donationis, dato, quod in occasione non inspectus fuisset alius finis, sine manu simoniae potuit dari officiu Prælati praedicto prætensori.

7 Confirmatur Sententia Malderi, quam sequitur Torrecilla in propositionibus damnat. fol. 234. numer. 40. vbi laudat

Mag. Hozes, & Martinum del Prado, Reuerendissimum F. Emmanuel à Conceptione in sum. num. 2933. vbi afferit non esse visuram, nec simoniam, si aliquis commodaret aliquam quantitatē illi, qui datus fuerat aliquod beneficium animo illum inclinandi ad conferendum commodanti, & è contrario, idem si Episcopus daret beneficium animo illum inclinandi ad commendationem pecuniae; hanc sententiam refert Diana p. 1. tract. 8. resolut. 61. & eam videtur amplecti. Probabilitas huius sententiae fundatur in eo, quod commodare dicto modo pecuniam non est dare pretium, nec compensare, sed inclinare voluntatem, solicitare affectum, & benevolentiam; sed sic est quod per affectum, & benevolentiam potest dari beneficium sine viatio simoniae: ergo in nostro casu dando dictam quantitatem pro eleemosyna ad dictum opus propter benevolentiam, & affectum ortum à dicta donatione, potuit dari officiu sine manu simoniae: ergo licet pecunia intervenisset, non debetur tan-

tanta cæcitate dñmni tamquam simoniaca donatio prædicti prætensoris.

8 Tertiò. Probatur assūptum cum Reuerēdissimo Lumbier, tom. 3. in proposition. fol. 1189. nume. 1922. vbi ex doctrina Angelici præceptoris in quarto sententiar. distinc. 25. quæst. 3. articul. 3. vbi ait quodam argumēto desumpto à munus ab obsequio, pro quo posset Prælatus conferre beneficium, respondet, si obsequium fuisset honestum sine periculo simoniae, ac conditione addita, vt nō aspiceret tātum ad obsequium, quantum ad personam honestā, quæ per illud dignatur, sed si obsequium non fuisset honestum, esset simonia. Vsq; huc Lumbier ex doctrina Angelic. præcept. & postea in fol. 1192. num. 1926. ait Lumbier: Respondeo ad authoritatem divi Thomæ, divum Thomam duo petere, vt nō detur simonia in illo obsequio, & petit, quod obsequiuū sit bonū honestū, & rationabile, & quod faciat obsequentem bonum, & dignum promotione, & quod tunc Prælatus in promotione

non moveatur primariò per obsequium sed per dignitatē subiecti, in hoc videtur sanctum iam admittere, quod obsequiuū possit esse motivum, quamquā non primarium, sed secundarium, & quasi excitativum, sed solummodo quando obsequiuū est tali modo honestum, quod faciat subiectum dignum, (& prosequitur) temporale, & spēcialiter pecunia, nullum potest facere dignum promotione ad ordinis beneficium, aut aliud donum spirituale, & ita nunquā hæc doctrina excusabitur à labe simoniae, vt constat ex textibus. Vīque huc doctissimus Lumbier.

9 Notato ex doctrina Angelici præceptoris obsequium honestum posse considerari, vt honestum perse, & ratione sui, & vt honestum dignum faciens subiectum, à quo tribuitur; hoc secundo modo non disputatur in nostro casu, quia supponimus prætenforem dignum, nā vt diximus, Religio eum proportionaverat provehendo ad dignitatem, & sic solum disputatur primo modo, videlicet, cōsiderando obsequium honestū, per

per se, & ratione sui, in hoc modo iuxta Angelicum Doctore, & intelligentiam Docti Lumbier non committitur simonia: ergo cum in nostro casu obsequium donationis sit honestum, ut valde probatum manet, non potest discurriri vitium simoniae. Et licet Lumbier, ut ex suis verbis constat, terminet dicendo, quod donatio, & obsequium pecuniale nunquam potest dari sine simonia, est quia (ut dicit) neminem potest facere dignum: ergo si praetensor ob sua merita erat dignus Praelatura, & cum donatio facta ab eo sit obsequium honestum, quoniam aspiciebat non ad dignificationem subiecti, sed ad servitium, & beneplacitum Dei, dicendum erit, quod in tali donatione honesta non commissa fuit simonia.

10 Hæc eadem doctrina traditur à Reuerendissimo Torrecilla in explicatione textus Angelici Doctoris tom. 3. suarum consultationum fol. 466. num. 34. vbi ait: addo, quod sic debet intelligi ad recte cœiliad dictam doctrinā cum alia eiusdem Doctoris Angelici, qui

in quarto sententiarum dist. 25.
art. 3. Caidam argumento defumpto à munus ab obsequio, quo posset prælatius cōferre beneficium, Divus Thom. respondit: Quod si obsequiū esset honestum, posset sine periculo simoniae illud conferre, dummodo non aspiceret tantū ad obsequium, quantum ad personam dignandam ab illo, si vero obsequium non esset honestum, esset simonia. Usque huc Torrecilla: ergo si in nostro casu obsequium, non ut cumque fuit honestum, sed gratissimum Deo, & alias praetensor per se erat aptus, & habuisset, posito obsequio honesto, potuit dari ei officium Pralati sine macula simoniae.

11 Quartò probatur aslūptum ex ipso Lumbiero tom. 3. proposit. damnat. fol. 1190. nu. 1923. vbi ait: secundo, quia Diana in summ. verb. simonia num. 5. cum alijs, & Maletus mentionatus fol. 448. ab Arana citando Divum Thomam dixit, posse Chr. diianum offerre infideli, ut expressum ab illo, se dari illi centum nummos argenteos, si baptizabatur, quia dicta donatio,

tio, aut eius oblatio non est premium receptionis baptismi , sed conditio excitans animum infidelis, sine aliqua conditione, eo existente in sua libertate , & idē eademmet ratione dicendum est , si Pater offert filio aliquod donum vt frequentet Sacra-menta , aut ingrediatur Reli-gionem, seu faciat aliqua opera virtuosa. Sic Torrecilla.

12 Nunc ergo: hæc oblatio nummorum infideli facta , quoniam bapticetur , si nō esset honesta aspicio do salutem spiritualem illius animæ, omnes dicerēt esse simoniam ; sed sic est, quod omnes cōveniunt esse omnino sine tali macula: ego simonia vacat, quia oblatio est honesta, hoc videtur non indigere alia probatione.

13 Et ita Lumbier laudatus circa textum Angelici Doctoris in fol. 1193. sub nu. 1926. vbi ait: secūdū respondetur tex-tui: Dominum offerentē num-mos infideli , vt bapticetur ipse dat nummos infideli cæterū, non dat illos , vt infidelis det ei aliquid spirituale , infidelis mā-furus est cum nummis , & cum

baptismo , & ita hoc non est *do*, *vt des*, neque paritas. Sic Lum-bier ; nunc ad nostrum casum; prætentori, qui donauit dictam quantitatē ad dictum effectū strūcturæ, & Crucem datū fuit officium prælati ; interrogatur nunc; dictam quantitatē , & Crucē donauit personæ P. Pro-vincialis? Minimè; dedit voca-libus? Aequè minus. Cui dedit? Ad strūcturam facelli maioris, & sacrifīcī sui Conventus: ergo tribuēdo illi officium , q uod est spirituale, remansit cum illo, & cum nummis, quos dedit, quod est temporale, siquidem mansit, in suo Conventu , in sua Eccle-sia, in suo Sacello maiori, in sua Sacrifīcia , & tamdēm in sua domo : ergo, vt dixit Lübier, hinc non fuit illud, *do*, *vt des*, quia remansit cum officio, & cum do-natione, & cum ita sit ; simonia vbi est in hoc casu? Quoniam cū dicta quantitate data , neq; per-sona P. Provincialis habuit emolumētum , aut congruitatem, neque Vocales , quia omne redundavit in utilitatē sui Conve-nitus, suæ Ecclesiae , & domus il-lius, qui dedit quantitatē : et go

go secundum doctrinam Lumbierij, & alicrum solido fundamento afferitur hunc casum vacuisse omni macula simoniae.

14 Hoc probatur Doctrina P. Torrecilla in Summ. tom. 2. fol. 260. tract. 3. sess. 2. cap. 2. quæst. 5. num. 26. vbi: Dato fine disputatione, Dominos Episcopos debere secundum Trident. sess. 25. cap. 18. gratis concedere dispenses, quamquam existat consuetudo cœtraria, ait, potest excusari simonia, & laudat Villalobos, Beccanū, & alios; hoc dictū manet in suppositis, & in sequenti num. 26. ait: Sed advertendum est, quod nō ideo prohibetur Dominis Episcopis, qui dispensant, ut præcipiant dare aliquam eleemosynā per viam cōmutationis, sed solum prohibetur, quod non recipiant sibi (notetur hoc) aliquam utilitatem temporalem, maxime, quando dispensant in votis, aut in observatia festorum, quia nō sunt obnoxij ad pure dispensandum, sed posse committere aliquam commutationem; sic Reverendissimus Torrecilla, & roborat hanc doctrinam cum

Villalobos, Emmanuele Rodriguez, Div. Thoma, Soto, & alijs.

15 Nunc ergo; dispensationes sunt quid spirituale; ad earum concessionem possunt Domini Episcopi præcipere, ut largiatur aliquod temporale Ecclesiæ, quoniam hoc non prohibetur illis, sed quod ipsi met donetur aliquid temporale: ergo semper, quod tribuitur aliquid temporale, non ad utilitatem personalem dantis spirituale, sed cuiusvis Ecclesiæ, seu alicuius causæ piæ, hæc donatio temporalis non prohibetur; sed sic est, quod in nostro casu, donatio fuit facta ad utilitatem Ecclesiæ, & non alicuius personæ, vel personarum, à quibus datum fuit spirituale: ergo in nostro casu licet recipiens spirituale dedisset temporale, in tali casu donatio temporalis nō potest prohiberi.

16 Hæc eadem doctrina maiori extensione traditur à Torrecilla in suo tom. de Potestat. Episcopi fol. 110. tract. 1. quæst. 6. sess. 3. difficult. 1. Vbi agendo: utrum Domini Episcopi possint cōcedere Bullias circa illud, quod

in suis Episcopatibus possunt de iure ordinario à num. 10. vsque ad 15. ait quod sequitur. Probatur quartò enervando fundamētum adversariorum ; quia licet Tridentin. in sess. 25. cap. 18. de reformatione prohibeat , vt in dispensationibus non accipiatur aliquod temporale , vt premium earum , nihilominus poterit Episcopus sine villa macula simoniae , quando dispensat in votis, in quibus habet potestatē dispensandi , aliquod imponere onus; v.g. vt detur eleemosyna pauperibus, aut alicui monasterio, quia vt optimè advertit Læsius lib. 1. cap. 35. dub. 9. nu. 57. Concilium Tridentinum solum modo prohibet , vt non sibi consequantur , & arrogant aliquod commodum temporale : ergo quando dictæ Bullæ concessæ fuerint ab Episcopis, hi poterūt illas concedere , nulla interveniente simonia, onerando dispēfatos, vt dent aliquam eleemosynam pecuniariam ad utilitatē communem vniuersalis Ecclesiæ, seu alterius piæ cause pertinētis ad bonum commune: ergo, &c.

17 Continuat in num. 11. quintò, quia loquendo de dispensatione in legibus proprijs, quando dicta dispensatio non debetur, sed potest negari sine iniustitia, valde probabile est (& opposito probabilius) quod potest legislator imponere aliquā multam pecuniariam , aut aliud onus, & alias nolle, dispensare, nisi hoc modo , sic tenetur à Suarez lib. 6. de legibus cap. 16. in princip. vbi afirmat esse omniū Doctorum assertum , ita Castro Palao, cū Sanch. quem citat de legibus tract. 3. disput. 6. pūct. 9. nu. 3. & videtur inferri sufficiēter ex cap. licet de ferijs vbi: conceditur terris de Alecia, posse pescari diebus festis, ita vt pificatione facta , tribuant aliquam portionem Ecclesijs confinibus, & Christi pauperibus , & ratio est, quia cum dicti Legislatores, nō sint obnoxij ad absolutē dispensandum in sua lege, poterūt, subrogare eius obligationem in aliud: ergo, &c.

18 Prosequitur in num. 12 sextò quia adhuc loquendo de leg. Pontif. valde probabilis est sententia afferens , quod potest Epif-

Episcopus dispensare in illis pro
onere, imponendo aliquam poe-
nam pecuniariam, ita habetur à
multis, quos citat Diana part. 10
tract. 8. resolut. 8. & Sanchez
laudat alios plures lib. 8. disput.
14. numer. 2. quam sententiam
probabilem iudicat idem San-
chez, iam propter authoritatem
gravissimorum authorum, qui
eam tenent, & iam, quia non
damnādi sunt iudices Ecclesiast-
ici, à quibus dicta mulēta pecu-
niaria imponitur per modum
commutationis. Idem Palao vbi
sup. num. 5.

19 Et in nume. 13. prose-
quitur, & ita potest probari; Prä-
lati inferiores solent multoties
dispensare in obseruantia festo-
rum, & ieuniorum aliquod im-
ponendo onus, aut mulētam pecu-
niariam applicatam pauperi-
bus, aut sumptibus Ecclesiæ:
iuxta cap. licet de ferijs, quod
faciunt (autem Sanchez, & Palao
citati) sequēdo sententiam pro-
babilem eis faventem, & suam
iurisdictionem prorrogantem:
ergo, &c.

20 Prosequitur in num. 14
& rationibus pro parte contra-

ria ; ait dictus Sanchez posse,
responderi, hoc posse ab Epis-
copis per commisionem tacita-
m, quia eo ipso, quod Episco-
pis, vt ordinarijs detur commis-
sio dispensandi, aut expresse, aut
tacite ratione urgentis necessi-
tatis, ideo iudicatur commit-
ti illis, vt dispensent integre, aut
cum mixtione alicuius commu-
nationis.

21 Prosequitur in nu. 15.
& septimò: quia ex una parte
cōstat, Episcopos posse mulētas
pecuniarias pro dispēsationibus
imponere ad minus in proprijs
legibus, & ex alia parte quando
dictū onus imponitur via ele-
emosynæ, & applicatur pijs cau-
sis, & cōmuni beneficio, nec est,
nec esse potest simonia, siquidē
in tali casu non datur dicta pecu-
nia, quasi per pretium dictarum
gratiarum spiritualium, sed
per viam eleemosynæ, vt dictū
manet, & supponitur. Vique
huc Doctissimus, & Reueren-
dissimus Torrecilla.

21 Nunc ergo; ex hac doc-
trina infertur, quantum distet
noster casus à macula simoniae,
quam imponere ei volūt, quia
ideo

ideo Domini Episcopi , quando dispensationes concedunt , imponendo aliquod onus pecuniarum per modum commutacionis , non maculantur simonia , quia dicta pecunia non redundat in utilitate , & commodū propriū suū , sed in commodū , & utilitatē Ecclesiae , aut monasterij , seu alterius pī Loci ; sed sic est , quod in nostro casu , licet cui datum fuit spirituale , quod est officium Prælati , dona et pecuniam , hæc non fuit ad utilitatem alicuius , sed solummodo Ecclesiae , & boni communis : ergo donatio dicta pecuniae non debet pati notam simoniae .

32 Quintò probatur assūptum ; ius patronatus , quod est ius prætentandi ad beneficia concessum laicis ab Ecclesia , quia est quid annexum , & cōfors spirituali , non potest vendi absque labore simoniae saltem iuris Ecclesiastici iuxta communē tentiam omnem DD. ita Torrecilla in summ. tom. 2. fol. 264 tract. 3. sess. 2. cap. 3. quaest. 14. num. 36. & cum asserat in sequentibus numeris quatuor modos transferendi dominium pa-

tronatus , in num. 40. ait : secundus modus est per liberam donationem ; sed ut talis donatio sit valida quando fit alicui personæ laicæ , requiritur licentia episcopi , quæ licentia non est necessaria , quando talis donatio fit Ecclesiae , aut alicui loco religioso , ut constat ex cap. de iur. patronat. in 6. & cū comuni DD. eam tenet Palao vbi supra , & Sanchez tom. 1. concil. lib. 2. cap. 3. dub. 76. num. 3. ita Torrecilla , ex cuius doctrina intelligitur , ut donatio , quæ fieret Ecclesiae , aut alteri pio loco , effet valida , & sine macula simoniae , quando talis donatio facta alijs effet invalida , & maculata vitio simoniae : ergo Ecclesiae , & loca pia , aut bonum commune aliquas exceptiones habet , ut illud , quod si daretur alijs , ut obsequium profanum , effet vitiosum , & simoniacum , donando Ecclesiae , ut obsequium honestum , & gratum Deo , non sit vitiosum , & simoniacum .

24 Probatur hoc . Doctissimus Torrecilla in tom. propositione Damnatar. fol. 241. sub num. 99. ait : etiam permodū elec-

eleemosynæ potest aliquis offerre ecclesiastico viro , quod si impetrat illi tale beneficium, à patrono aut electore, donabit Ecclesiæ aliquod pignus pretiosum temporale , & ecclesiasticus potest influere ad eius imprestationem.Sic Torrecilla.

25 Reverendissimus Lübier in 3.tom.proposition.dam nat. fol. 1193. sub num. 1926. ait. Si homo habilis , & locuples donaret Ecclæsiæ pro eleemosyna suam facultatem sine conventione, nec intentione,& postea Ecclesia grata (notetur hoc) huic eleemosynæ, si haberet aliquod beneficiū vacuum poterat dare eleemosynario, quia tali eleemosyna factus est dignus. Usque huc Lübier vbi supra. Et idem in tom. 2. fol. 664. num. 764. citando Busembau, ait: dare eleemosynæ alicui Ecclæsiæ , aut alio pio operi , non est simonia; ita Lumbier vbi supra ; nunc debet adverti: hos duos gravissimos Authores (sicut etiam alios) afferere , has donationes, & eleemosynas temporales posse dari , & dari Ecclæsijs , & pijs locis in similibus

casibus correspondendo donatori aliqua re spirituali absque omni labore simoniae.

26 Id circò notetur nunc: idem Lumbier in tom. 3. fol. 1198. ait quod sequitur; semper quod donatio appareat cū decentia , poterit reputari honesta,cæterum non omnis eleemosyna habet hanc decetiam; si vero dicta eleemosyna fieret electori , aut patrono ad conspectum provisionis , quoniam videtur esse reputandam (vulgo cohecho) paliatam.

27 Notetur etiam. Qnod idem Torrecilla, vt supra diximus , postquam ait, Dominos Episcopos posse imponere absque simonia onera pecuniaria, vt tribuantur ecclæsijs , etiā ait, non posse sibi illa applicare.

28 Quamobrem ; nunc si eleemosynæ pecuniariæ in dictis casibus applicatae Ecclæsijs , & pijs locis iuxta relates Autores, nec habent , nec patiuntur annotationem simoniae : quare ipsimet Authores affirmant has met eleemosynas applicatas collatorи , aut electori esse maculatas vitio simoniae? Alia non vide-

detur ratio , nisi quæ intelligi-
gitur de exemptionibus , quas
ad hoc Ecclesiæ habent, bonum
commune, & loca pia, & etiam
illa , quam Lumbier significat,
his verbis, vbi supra , quod in do-
nationibus factis Ecclesijs nō potest
suspici malitiam, sed si tales ele-
emosynæ applicarētur collatori, pa-
tronō , aut electori , arrogari debe-
tur.

29 Sextò probatur assump-
tum ; est commune apud gra-
ues autores , & ab aliquibus vt
certum reputatum , quod ma-
iestas Catholica, quam Deus fe-
liciter conservet , singulis annis
tribuit per viā eleemosynæ fa-
bricæ Diui Petri duodecim mil-
lia ducata auri , propter cōces-
sionem bullæ cruciatæ, & quod
hoc est per modum contractus
onerosi, & etiam hunc contrac-
tum cum sua Maiestate consta-
re eisdem fundamentis, in favo-
rem sui, ac contractus cum par-
ticularibus sumentibus bullam,
quoniam omnibus datur tribuen-
do eleemosynā assignatam , &
non aliter , vt ex verbis dictæ
bullæ constat. Hæc doctrina la-
tè constat in consultat. moralib.

Reverendissimi Terrecilla tom.
4. apologia 1. sess. 6. §. vnico.
fol. 354. à num. 57. usque ad
105. vbi pro illa citat plures , &
graves Authores, & in num. 63.
ait quod sequitur ; neminem
vidi Authorem, excepto P. Ol-
mo, negantem, quod bulla con-
cedatur per modum contractus
singularibus personis eam su-
mentibus, nec videtur posse ne-
gari , siquidem constat clarissi-
mè ex eadem bulla, nec est fun-
damentum aliquod , vt nege-
tur , & in num. 75. ait: etiam
quod sequitur; bulla conceditur
Regibus Catholicis per modum
contractus onerosi , & conce-
ssionis remuneratoriæ , quia in
cōpensatione huius gratiæ obli-
gatur mutuò sua Catholica Ma-
iestas , & in curia Romana sin-
gulis annis tribuit (per viā ele-
mosynæ intelligitur) duodecim
millia ducata auri , fabricæ Di-
vi Petri. Hucusque Torrecilla;
& quod hic contractus onero-
sus in omnibus obliget, & quod
eleemosyna , licet eleemosyna,
non sit gratuita , sed onerosa,
docet diffusè Reverendissimus
Torrecilla vbi supra specialiter
in

in num. 68. & sequentibus.

30 Hoc supposito. In his contractibus inter Santissimum, qui dat bullam, & inter Catholicum Regem (quē Deus proficeret) à quo donantur pro eleemosyna fabricæ Divi Petri duodecim millia ducata aurea, & in ter sanctissimum , & particulares , qui dant pro eleemosyna duos nummos argenteos , non debet dici, committi simoniam, & in hoc sunt cōformes grauissimi Authores , qui defendunt hos contractus, quos laudat Reverendissimus Torrecilla, & idē latissimè eam defēdit vbi supra, & probatur : Quia nullus afferit dari simoniam, si alicui Sacerdoti pro eleemosyna centū nummi offeruntur cum pacto offerendi quinquaginta Missas; sed sic est, quod in hoc casu ex vi cōtractus onerosi innominati ambo manent obnoxij in iustitia obligatione naturali , vñus ad tribuendam eleemosynam alter ad celebrationem Missarum: ergo licet sit pactū onerosum inter dantem eleemosynā, & conferentem spirituale, non ideo ad est simonia.

31 Probatur: Quia Sacerdos percipiēs redditus annuales relictos in anniversarijs, & foundationibus Capellaniarum onere celebrandi quamdam memoriam Missarum non committit simoniam iuxta communissimā DD. sent. & ex se patet, nam stipendium illud non datur, vt pretium Missæ , sed per viam eleemosynæ, quæ est spiritualis: ergo in dictis contractibus non debet afferi simonia , & consequenter in nostro casu, in quo sine pacto recepta fuit dicta quātitas, vt eleemosyna ad dictam structuram , non potest dari simonia.

32 Hæc doctrina est Reverendissimi Torrecilla , & valde ad nostrum intētum, sed magis perspicue nū. 101 . ait: Quartο, quia si potest Sanctissimus aliquid accipere pro dispensationibus , sine incurсione simoniæ (cum ita sit, quod dispensatio in votis, irregularitatibus, impedimentis matrimonij , & reliquis legibus Ecclesiasticis sit usus protestate Ecclesiastica, quæ vendi non valet) non vt pretium taliū dispensationum, sed ad sustentā-

D tio-

tionem suorum ministrorum, & status, vt dictum manet in nostra Summa tom. 2. Quare non poterit sua Sæcitas recipere dictam quantitatem (nummorum ait) sine vitio simoniæ, nō vt premium talium indultorum, gratiarum, & privilegiorum, nec ad sustentationem suorū ministrorum, sed per viam eleemosynæ onerosæ ad aliquod pium locū, vt est ad fabricam Divi Petri: ergo &c. Usque hūc Torrecilla; unde proculdubio infertur; quod cum recepta fuisset in nostro casu dicta quantitas non ad sustentationem Conventus, nec ad usus profanos, nec vt pretiū, sed per viam eleemosynæ ad piū opus tale, vt fuit structura facelli maioris, & Crux ad sacrificiam, & servitium Communatis in processionibus, non debet dici adfuisse simoniam.

33 Septimò probatur assumptum praxi, & consuetudine omnium Religionum, vbi quotidie accidit eligere aliquē Prælatum alicuius Conventus inopis, & in sua fabrica aliqua structura indigentis; quoniam sciunt hunc, & non alium factu-

ram esse, & si ita non sperarent, nullo modo illum eligerēt Prælatum; & adhuc licet detur officium, quod est spirituale propter structuram, quam facturus est, quæ est temporalis, nunquā dictum fuit dari simoniam: ergo nec in nostro casu potest dari. Imò etiam videtur practicum in Religionibus, quod quando aliquis Prælatus pretendit reelectionē, in fine triennij incipit aliquod opus in Conventu, vbi est Prælatus, & experitur illum continuari, vt prosequatur, & perficiat dictum opus, quod nullus dixit esse simoniacum, sed potius dicitur esse prudenter operari, & zelo Religionis: ergo in nostro casu, in quo datum fuit officium Prælati donanti dictam quantitatem ad continuationē dictæ structuræ, non dicendum est fuisse simoniam.

34 Octavò probatur assumptum; quoniam hic noster casus evenit anno elapso millesimo septingentesimo primo mense Aprili, & à dicto anno, & mense usque ad presentem millesimum septingentesimum quintum mense Februario, quo o-

pus

pūs hoc elaboratur, in diversis occasionibus adiuit tempus, in quo æmulatio poterat accusare prædictum factum tanquā simonia cum, & non accusauit, nec circa illum aliquid loquuta est, usque nunc, quod futuratum fuit: ergo si in actuali occasione, & postea simonia cum reputaretur, inter reliquas imputations, hæc collocata fuisset; sed sic est, quod non ita factum est: ergo in facto non fuit simonia; Diceat, ut dictum est; quod in occasione non cognoverunt; ex quo infertur hæc consequētia: ergo in tali occasione non fuit simonia; probatum: Quia si non recognoverūt operati fuerunt bona fide, & sinceritate; sed bona fides, seu sinceritas, ut suppositum manet, excludit simoniā: ergo in hoc facto non fuit simonia. Et hæc sufficiat ad probationē assumpti, cuius veritas clarificabitur responsionib; argumētorū subsequentiū.

*ARGVMENTA CONTRARIA
solvuntur.*

35 **O**Pones primò: sem-

per ac intervenit donatio pecuniæ ad lucrandum spirituale, intervenit simonia, sed sic est, quod in hoc casu intervénit pecunia ad cōsequationem officij prælati: ergo negari nō potest, quod in hoc cau fuerit simonia. Respondeatur distinguendo maiorem; semper ac intervenit donatio pecuniæ, ut pretiū ad consequationem spiritualis, intervenit simonia, conceditur maior; ut eleemosyna, & actus honestus placens Deo, intervenit simonia; negatur maior; & eodem modo, distinguitur minor; sed sic est; quod in hoc casu intervénit pecunia, ut eleemosyna, & actus honestus, conceditur minor; alio modo, negatur minor, & deinde negatur consequentia.

36 Sed instabis: Prætentor dans pecuniam ad cōspectum beneficij, arguit malitiā, & subornationem; sed in hoc facto pridiē electionis prætentor dedit pecuniam: ergo in hoc casu adiuit malitia, & subornatio, & consequenter ratio pretij, & simoniæ. Respondeatur eodem modo distinguendo ma-

iorem; prætesor dans pecuniam per viam eleemosynæ pio operi ad conspectum beneficij, arguit malitiam, & subornationem, negatur maior; dans pecuniam collatori, aut electori & alijs finibus profanis ad conspectum beneficij, arguit malitiam, & subornationem conceditur maior; & simili modo distinguuntur minor; sed in hoc casu dedit prætensor pecuniam, pridiè electionis pio operi, & structuræ Ecclesiæ, conceditur minor; Dedit P. Provinciali, aut electoribus, aut vsibus profanis, negatur minor, & deinde negatur consequentia.

37 Iterum instabis: Negari non valet, quòd dare pecuniam ad conspectum beneficij, est suspiciosissimum, & præbet occasionem scandali; sed in isto casu data fuit pecunia pridiè electionis: ergo admittere dicta quantitatatem pridiè electionis fuit supiciosu, & causa scandali. Respondetur ex Diana, vt posse videbimus, distinguendo maiorem; negari non valet, quòd dare pecuniam fine honesto, & in casu necessitatis, & placiti

Deo ad conspectum beneficij, est suspiciosum, & causa scandali, negatur maior; fine profano, & vt pretium beneficij, conceditur maior, sed sic est, quòd in nostro casu data fuit pecunia pridiè electionis fine honesto, & in necessitate, conceditur minor; Fine profano, & vt pretium negatur minor: ergo hæc donatio fuit suspicioſa, & causa scandali, negatur consequentia.

38 Ratio huius Doctrinæ desumitur à Doct. Diana in §. part. fol. 269. resol. 16. vbi post authoritatem plurium, & gravium Authorū, quos laudat, asserit: quod in casu necessitatis, qualis est, Sacerdoti nolenti ministrare baptismum, Eucharistiā, aut poenitentiā posse, & deberi offerre pecuniā, vt ministret; in §. 5. dic. resolution. ait vt sequitur: notandum est tamē hic pro curiosis, quod licet Suarez hæc doctrinam admittat, tantummodo in gravissima necessitate tamē Hurtado vbi supra §. 224. illam admittit, etiam in quacumque gravi necessitate, quia vbi est gravis necessitas excusat, evitanda occasione scandali.

15
li aliorum ex malitia , item: illa actio non est emptio Sacramētorum , ab illa autē externa donatione excusamur necessitatis gravitate , ob quam non committitur simonia ; hucusq Diana, in cuius doctrina notari debet , quod in graui necessitate (ob quam non commititur simonia) licet detur pecunia ad præsentia beneficij pro fine honesto , non datur occasio scandali , & si hoc non obstante datur, oriatur ex mālitia,& in hoc non commititur simonia; nunc ad nostrum casum : facellū maius Ecclesiæ dicti Conventus, à tempore viginti. annorum , & amplius inceptū fuerat, & propter inopiam Conventus nō prosequebatur,nec speserat,vt pro sequeretur , vt consummatum videretur ; hanc necessitatem esse grauem non potest negari, & cum in illa Ciuitate omnibus notum fuisse dictam quantitatem donatam fuisse ad remediu dictæ necessitatis,& cōtinuacionem dictæ structuræ : sequitur: quod quāvisdicta pecunia data fuit pridiē electionis defuit scandalū,& si adsuit, ortū fuit à ma-

litia , & cum ita sit , non data fuit occasio ad scandalum , nec suspicionem , nec fuit simonia. Hāc doctrinam sequitur Reverendissimus, & Doct. Torrecilla in proposit. damnat. circa donationem pecuniæ , & obligationem dādi illam ratione gravis necessitatis Sacerdoti nolenti ministrare, & eamdem docet in sum. pro quacumque gravi necessitate tom. 2. fol. 259. cap. 2. quæst. 1. nu. 9. & laudat Diānam, & Hurtado.

39. Et confirmatur doctrina Cardinal Toleti in summa Latina lib. 5. cap. 91. nu. 4. in fin. fol. 725. vbi ait. Fundamentum Soto est etiam , quia putat non esse simoniam tam prohibitam iure Divino, & naturali, quin in aliqua gravi , & extrema necessitate spirituali liceat dare pecuniam pro spirituali , & mihi probabile videtur, quamvis rarissimus sit talis casus; haec tenus Toletus, ex quo infertur: igitur, si in gravi , & extrema necessitate potest absque labore simoniæ dari , licet sit in casu rarissimo, temporale pro spirituali, potiori ratione poterit in casu necessita-

sitatis, & in nostro casu sine occasione scandali, nec suspicionis dari temporale cum fine honesto, & placendi Deo coram spirituali sine macula simoniae, & sufficit ad responcionem instantiae.

40 Sed adhuc instabis; recipi ante electionem pecuniam, non potest dubitari fuisse ad securitatem: ergo signum est, officium datum fuisse quoniam dedit prius pecuniam, & si non ita esset, officium non daretur ei; sed sic est, quod ex hoc arguitur malitia, & in dicta quantitate ratio pretij: ergo. Primo respondetur distinguendo maiorem; recipi pecuniam ante electionem, non potest negari fuisse ad securitatem fine honesto, & Deo placendi, conceditur maior; ad securitatem, ut premium, & fine profano, negatur maior.

41 Secundò respondetur cum Reverendissimo Torrecilla in proposit. damnat. tract. 4. de beneficijs consult. 4. fol. 232. num. 18. vbi ait: dare prius, aut postterius donum temporale non distinguit actionem, nec eam

constituit in specie simoniae, nam esse, aut non esse simonia, non provenit ex antecedentia, aut subsequentia doni, sed ex motivo, quo datur, hoc est, si datur, ut pretium rei spiritualis pretendendo coæquare illud cum ista, aut si datur alio diverso tamenlo, & temporali. Hucusque Torrecilla.

42 Tertiò respondetur ad illud, quod ait instantia; quod officium non daretur, nisi dedisset dictam quantitatem, negando talēm propositionem, & ratio est, quia, ut ex dictis constat, elec̄tio facienda fuerat in favore prætentoris, quamvis daret, aut non dictam quantitatem, ceterum, casu, quo elec̄tio pro eo non facienda esset, nec illi tribueretur officium, nisi dedisset, aut daret dictam quantitatem, adhuc nihil probat argumentū, ratio est, quia dare dictam quantitatem potest esse conditio, sine qua non, & hæc licet sit tam premissa, quod sine illa non fieret, aut poneretur res, adhuc manet actus cum suo specificativo essentiali independenter à conditione, sine qua non, hæc doctrina

na est clara , & traditur à Lumbierio , & doctissimo Torrecilla in summ. tom. 2. fol. 267. cap. 4. num. 18. vbi ait: Canonicum, qui non interfuerit choro , nisi quando essent distributiones, non esset simoniacum, quia distributiones in tali casu solummodo sunt, conditio *sine qua non*, aut motivum exterius impellēs, sed non finis , aut motivum intrinsecum spiritualis recitationis , quia talis finis , solum est cultus Dei. Usque huc Torrecilla.

43 Et in tom. Proposition. damnat. fol. 233. consult. 4. cū-
clus. 3. num. 29. eamdem doc-
trinam tradit citādo Maletum,
cuius verba, refert , quæ sūt se-
quentia: promittere aliquid sub
conditione expressa, si fiat opus
spirituale ita , vt intendat quis
se obligare ad promissionem ad
impleta conditione , & non ali-
ter, licitum esse , & nō simonia-
cū , si ex parte eius, cui fit pro-
missio, nulla oritur obligatio. Ra-
tio est, quia talis promissio non
excedit donationem liberalēm
ordinatam ad inclinandam vo-
luntatem alicuius ad opus vir-
tutis. Hucusque Torrecilla ex-

Malefo. Nunc ergo ad nostrum propositum: ergo casu, quo non dandum fuisset officium Præla-
ti, quod est spirituale, nisi daret, aut dedisset dictam quantitatē, vt conditio *sine qua non*, non ar-
guit simoniam , quia indepēdē-
ter ab hac formalitare habet ac-
tus suum specificativum essen-
tiale , quod est finis honestus
structuræ Ecclesiæ , & Deo pla-
cendi.

44 Ultimò instabis cū ipso
Torrecilla in summ. tom. 2. fol.
262. licet hæc doctrina sit vera
in foro conscientiæ , & specula-
tivè, est autem periculosa prac-
ticè, quia multoties datur peri-
culum simoniae , vt electio, in
qua interveniunt dona , & pecu-
niæ sit mala: ergo. Responde-
tur primò cum eodem Torreci-
lla in eodem loco vbi ait : con-
ferre dicta dona , & pecunia a-
nimo obligandi, vt illum eligat,
erit simonia mentalis ex parte
dantis dona, & pecunias, & etiā
erit ex parte collatoris, au elec-
toris eodem animo recipientis,
vt obligatus pacto tacito, seu ad
compensationem dictæ quanti-
tatis: Usque huc Torrecilla; nūc
er-

ergo: si dicta dona , & pecuniæ recipiuntur non vt obligantia, & cum ratione pretij , sed pro fine honesto , & placendi Deo ex parte recipientis , non erunt simoniaca, & credibile non est, vt prætenfor datus suis est prædicta munera alio fine , vt hactenus demonstratum est, & demonstrabimus postea.

45 Secundò respondetur, quod si hæc doctrina est vera in foro conscientiæ , & speculativè , etiam est vera practicè , & probatur ex Torrecilla in sum. tom. 1. disput. 4. tract. 1. cap. 1. fol. 56. num. 30. Vbi nostram responsionem confirmans ait: primò quia iudiciū practicum semper debet conformari cum speculativo , nisi sit ratio particularis, quæ illud variet; sed in nostro casu non datur ratio disparitatis inter practicū , & speculativum: ergo &c.

46 Secundò (vt ait Torrecilla vbi supra) quia in intelligibile videtur quod vna opinio sit speculativè probabilis , & quod nō quæat securè amplecti in praxi , siquidem probabilitas practica differt à specula-

tiva , sicut effectus ab eius causa, quia quòd aliquis exequitur opere iuste , vel iniuste nascitur ex eo, quod iudicaverit speculativè , se posse facere licite , aut illicite: ergo iudicans speculativè posse licite aliquid operare rationibus probabilibus , poterit licite executioni mandari, alias ad nihilum deserviret dicta speculatio probabilis si impedita maneret ad opus , immò cui esset dicta opinio speculativa , & illa non posset operari practicè, iuste assimilaretur Tatalo, qui cum haberet poma, & aquam prope labia , illis non valebat frui. Hactenus Torrecilla citando vbi supra plures AA. ex cuius doctrina infertur , nostrum casum secundùm quòd dictum est, potuisse practicari siquidem in conscientia, & speculativè potest sequi: ergo &c.

47 Oppones secundò. Resolutiones casuum sunt conformes suæ propositioni ; sed hic noster casus non accidit in facto , sicut propositus fuit ; ergo resolutio tradita usque huc, non est conformis casui, sicut in veritate accidit : maior est certa, mi-

minor probatur; circa donacionem factam à prætensore fuit conventum , & promercatura (vulgo regateo) sed hoc non narratur in propositione casus: ergo vt acciuit non est propositus; probatur maior; quia idem prætensor , qui dedit quantitatem , & alij dicunt, dictam quātitatem fuisse conventum , & quod promercatū fuit , vt plus donaret : ergo in dicto casu defacto fuit conventum , & promercatura; sed conventum , & promercatura non refertur in specie casus , vt manet propositus: ergo species casus , vt est propofita, non est , vt in rei veritate evenit , & consequenter resolutio tradita non est ad casū, & iste est simoniacus propter cōventum , & promercaturam defacto in illo intervenientem.

48 Hoc argumētū proculdubio est Achilles illorum, qui acriter, & furiosè affirmant casum prædictum fuisse simoniacum , siquidē auscultati sunt aliqui , quod sic stabilitum est, apud eos.

49 Respondetur , concedendo maiorem ; & minorem

negando. Ad cuius probationē maior negatur , & ad eius probationem dicitur, esse valde mirabile, si ita est, eumdem , qui quantitatē dedit , & alios dicere, fuisse conventum, & promercaturam, & talibus evenit, quod alteri , qui , vt delineabat eodem instrumento, & actione feriebatur. Si ad probandam simoniām, idem, qui dedit quantitatē , & alij dicunt fuisse cōventum , & promercaturā probant, dantem quantitatē fuisse simoniacum; hoc nolet dici, nec est dicendum : ergo casus propofitus verè loquendo omnino caruit cōvento , & promercatura. Quod in rei veritate, & in conscientia accidit, est quod sequitur ; cum obtulisset dictam quantitatē , ad structuram dictam, & cum hoc fuisse tam gratiosum Deo, egente dicta structura ad eius consummationē maiori quantitatē, si quidem oblata non erat sufficiens, suadebatur prætēor amplexibus, & comprecationibus, vt plus donaret , & hoc non est cōventum facere nec promercari, sed illum animare, vt si vo-

lebat obsequium præstare Deo,
vt quatuor, illud præstaret, vt
octo, quod nō includit malitiā,
sed potius amorem debitum
Deo, & zelum, vt religio au-
geatur.

50 Secundò respondetur:
Dando quod conventum, &
promercatura suulent in dic-
to casu, supponendum est, cō-
ventum, & promercaturam
penes voces differre, quia cō-
ventum est duorum, vel trium
conventio, hæc sumitur com-
muniter per contractum, & vt
in omnibus rebus tria dantur
pretia, supremum, infimum, &
medium, super quod ex his da-
tur promercatura tantum, ma-
gis, quantum interrogationibus
& responsionibus, & has vocat
stipulationes, quæ sunt quædā
formæ, quæ solent, & debent
præcedere terminaciones. Vi-
deatur Illustrissimus Tapia tom.
2.lib. 5. quæst. 20.

51 Hoc supposito: Et si
conventum, & promercatura
quasi idem sint, tamen, quia in
modo loquendi eorum, qui in-
tendunt hunc casum esse simo-
niacum, disparitatem habent,

vt detur integra satisfactio pri-
mò de convento loquemur &
postea de promercatura, & sic
asserimus, quod etiam si in nos-
tro casu datū fuisset conventū,
adhuc non adfuit in illo simo-
nia, & probatur ex Reverendis-
simo Torrecilla in propositione.
damn. tract. 4. de beneficijs cō-
sult. 4. cōclus. 19. & ultima 111.
fol. 242. vbi sic loquitur: ultimò
dico, non comprehendti in cō-
demnatione dictarum proposi-
tionum sententiam afferētem,
quod pro illis titulis, quibus li-
cet dare, aut accipere aliquod
temporale potest fieri conven-
tum de illo (non loquitur hic de
titulo gratitudinis, & conven-
to pro tali titulo, de quo postea
loquitur) hæc sententia defen-
ditur ab omnibus DD. supra ci-
tatis num. 4. & 12. & etiam ex-
tra citatos eam docent Esco-
var, Mendoza, Rocaful, Joann.
de Soria, Marcus Vidal, & Gaf-
par Hurtado, apud Dianā part.
10. tract. 15. resolut. 5. part. 11.
tract. 6. resol. 31. g. his igitur, &
prosequitur Torrecilla ibi: &
ratio ad nostrum intentum est:
quoniam propositiones dam-
natae

natae quadragesima quinta, scilicet , & quadragesima sexta nullo modo mentionant conventum, sed solum damnat dōcere , non esse simoniam dare temporale pro spirituale quando temporale nō datur ut pretium , sed solum ut motivum compensationis, aut finis rei spiritualis : ergo quando conventum nō cadit super hoc, sed super alios titulos non comprehēsos in his propositionibus, non erit comprehensum in earum damnatione , alias potius ampiaretur , quam restingeretur dictum decretum poenale , & strictæ interpretationis contra regulam iuris: ergo &c.

52. Et sub num. subsequente 112. sic loquitur Torrecilla, & ita auct. dictus Machado, quod dictum conventum nullam in se continet malitiam simoniacā contra ius diuinum nec humānum, & textibus contrariò allegatis respondet, intelligēdos esse de conventis inhonestis gratuita donatione rerum spirituallium repugnātibus , & quod sic est declaratum per consuetudinem generaliter receptam, qua-

est magistra interpretādi leges. Usque huc Torrecilla: ergo ex hac doctrina constat, quod sine vitio simoniæ possunt fieri cōventa in illis rebus vbi non est pretium, finis ultimus, aut motivum spiritualis ; sed in nostro casu donatio temporalis nō fuit pretium, finis ultimus , nec motivum spiritualis: ergo in nostro casu licet esset conventum circa dictam quantitatē non adfuit simonia ; minor probatur: quia vt ex dictis constat, donatio temporalis pecuniæ fuit recepta ad finem structuræ Ecclesiæ; sed hoc non est esse pretiū, finem ultimum , nec motivum spiritualis, sed obsequium præstitum Deo, & finis honestus: ergo circa dictam donationē pecuniæ temporalem , potuit cōveniri ab ille macula simoniæ.

53. Iterum probatur ex eodem Torrecilla in propositione. damn. tract. 4. de benef. cōfult. 4. fol. 231. vbi r. num. 4. ait: tertio suppono: donationem temporalē, quamquam sit cum obligatiōne , & conuento expreſſo , vt pro illa danda sit aliqua res spiritualis, non constituerē ex na-

tura rei emptionem, aut venditionem simoniacam, sic exprimitur à Gloss. in cap. significatum de præbendis, & in cap. vltimo 21. quæst. 2. & à vigintiquatuor Authoribus, quos citat Amadeus Gimèn. de simonia proposit. 1. & Castro Palao part. 3. tract. 7. disput. 3. punct. 4. cum alijs, quos citat, & ait esse commune, & in praxi receptū.

54 Idem Torrecilla num. 5. sequente continuat, & ait ut sequitur, & probatur primò, quia eodem modo, ac est licitum accipere, aut donare aliquam rem temporalem pro alia spirituali, futurum est etiam cōventum facere talis donationis, aut acceptanceis; sed sic est, quod est licitum accipere, aut tribuere aliquid temporale, vt moveatur animus alicuius ad donandum aliquid spirituale, aut gratitudine, aut sustentationi, aut ut pribetur aliqua re spirituali, à qua nō debebat priuari, vt à cōmuni tenetur, si fiat motivo gratitudinis, seu alio simili, vt moveatur animus, nō erit simonia: ergo donatio temporalis pro spirituali, licet sit cū obligatione, &

convento non constituit ex natura rei emptionem, aut venditionem.

55 In num. 6. prosequitur. Probatur secundò ex doctrina Sotii lib. 9. de iustitia quæst. 7. articul. 3. conclus. 1. vbi ait, omne id, quod est usura in rebus temporalibus esse simoniam in spiritualibus, & idem dicunt alij; sed sic est, quod non datur usura, dum non datur, aut accipitur aliquid, vt pretium mutui, aut ex iustitia debitum, quā quām interveniat conventum, vt tenetur ab Amadeo vbi supra num. 4. ergo dum non donatum fuerit aliquid téporale, vt pretiū spiritualis, seu ex iustitia debitum, nisi ad movendum animum, aut per gratitudinem, aut alio simili titulo, licet interveniat conventum expressum, & obligatio nō erit simonia: ergo &c.

56 In num. 7. ait: licitum est cum beneficiario conventum facere circa stipendium pro Missis donandum, itē: fructus beneficij, & oblationes dantur cum conditione, & convēto, vt beneficiarius administret res

res sacras, & adhuc tale convé-
tū non est simoniacū, nec con-
stituit venditionem, aut emptio-
nem: ergo &c.

57 In num. 18. prosequi-
quitur: Confirmatur: licetū est
relinquere redditus annuales in
aniversarijs, & fundationibus

Capellaniarum, obligatione, &
convento, vt quidam numerus
Mīſarum celebretur; & tamen
hæc obligatio, & conventum
non sufficient ad constituendā
emptionem, & venditionem
verē: ergo benè potest dari, vt
sit aliqua donatio cum obliga-
tione, & cōvento, quæ sit qua-
si contractus onerosus, & non
sit simoniaca: ergo ex natura
rei &c.

58 In num. 9. continuat:
Probatur quartò, quasi à prio-
ri; ad valorem emptionis, aut
venditionis simoniaca requiri-
tur, vt detur aliquid temporale
pro spirituali, coæquando illud,
cum isto, seu prætendendo æ-
quare in pretio, & æstimatione
vnum cum alio: (quod voluit
Simon Magus, à quo denomi-
nationem sumpsit simonia) er-
go toties quoties non detur té-

porale, vt pretium spiritualis, vt
spiritualis æquando vnum cum
alio, sed datur ad sustentationē,
& via gratitudinis, seu , vt qui
datur est, animetur , aut alio
simili titulo , non erit simonia,
nec emptio , & venditio verē:
ergo &c.

59 In num. 10. prosequi-
quitur: Ex dictis intertur: quod
ad simoniā ex iure Divino, &
naturali non sufficit , vt detur
temporale pro spirituali, adhuc
cum convento expressio, sed e-
tiam requiritur , vt detur tem-
porale tanquam pretium spiri-
tualis prætendendo commen-
furare, seu æquare vnum cum
alio , & ita seclusa hac volunta-
te, licet detur temporale, vt co-
sequatur spirituale, & cum obli-
gatione, non datur simonia.

60 Postea in num. 14. se-
quente ait , vt sequitur: tertio
quia lex poenalis restringenda
est omni modo possibili; sed in
iure leges prohibentes dictum
conventum sunt poenales : er-
go restringenda sunt ita, vt in-
telligentur loqui de cōvento,
& donatione, quæ sufficient ad
constitutionem ex se simoniæ

naturalis, & nō in altera accep-
tione strictiori.

61 Et in num. 15. profe-
quitur: Id est, tales leges debēt
intelligi, vt DD. citati pro hac
sententia eas explicant, qui di-
cunt, dictas leges tantummodo
prohibere conventum facere,
aut donare aliquid temporale
pro Ecclesiasticis beneficijs, vt
premium illorum reduplicatiuē,
vt spiritualium, volentes com-
menturare, seu tare spiritua-
le cum temporali, cum inter
ambo tam longa detur distan-
tia; ceterū dictae leges non
prohibent, (secūdum hos DD.)
vt detur aliquid cum conven-
to, aut sine illo, in abdicationis,
aut collationis beneficij gratitu-
dine, sed, vt animetur, qui ab-
dicaturus, vel daturus est, aut
alio simili titulo.

62 In num. 16. prosequi-
tur: Quartō: quia stando eidem
iuri cap. ex insinuatione de si-
monia; non committitur simo-
nia, quando in convento, quod
in illa imponitur, non contine-
tur, nec declaratur, magis quā
illud, quod de iure inest; sed
in convento, vt accipiens be-

cium sit gratus, non videtur ali-
quod ponī, plusquam quod in
se continet naturaliter, quod est
obligatio: ergo. Hactenus Doc-
tissimus, & Reverendissimus Tor-
recilla, & de hac materia, scilicet
de pacto videatur ad nostrū
propositum Amadeus Gim.
tract. de simonia fol. 196. super
1. proposition. Patrum Iesu-
tarum, scilicet, nō est simonia pac-
to expresso se obligare ad aliquid
temporale pro spirituali ex grati-
tudine conferendum.

63 Nunc ergo ex practi-
cata doctrina clare infertur,
quād distans fuit macula simo-
niae à nostro casu, licet circa do-
nationem temporalem pecu-
niae ad structuram Ecclesiae fui-
set conventum; & confirmatur,
quia cōventum, vt ait Re-
verendissimus Torrecilla in eo-
dem tom. fol. 244. num. 119.
quamvis ad alium finem, in tali
casu non refunditur in spiritua-
li, nec temporali, quando hoc
datur sine respectu ad spiritua-
le; sed in nostro casu datum fuit
temporale intuitu structuræ Ec-
clesiae, & non officij, quod est
spirituale: ergo in hoc casu po-
tuit

tuit fieri conventum circa temporale; probatur: quia quod prohibetur est reducere ad conventum spiritualia pro pretio temporalis, & è contra; sed sic est, quod si in nostro casu fuit conventum, non fuit cum tali respectu, sed a spicio ad structuram Ecclesiae: ergo in nostro casu, licet data fuisset dicta qualitas, potuit fieri conventum sine labe simoniae.

64. Sed instabis: Conventum dictae quantitatis fuit in praetensore ad explicandam suam gratitudinem; sed conventum gratitudinis non debet concedi, & doctissimus Torrecilla affirmit esse damnatum: ergo si in hoc casu conceditur conventum, non potest negari fuisse simoniam. Primo respondeatur: Conventum concessum in nostro casu non refudisse in gratitudine spiritualis, sed in obsequiu, & fine honestu structuræ Ecclesiae, & hoc absque simonia concedunt, & defendunt doctissimus Torrecilla, & alii plures, vt ex supra dictis constat.

65. Secundò respondetur: Quod casu dato, quod fuisset

covetu gratitudinis super dictam qualitatem, adhuc non est causa simoniae, quia haec gratitudo non est compensatio gratituta spirituale versus, sed gratitudo finem honestum, & Dei placitum versus; & licet Reverendissimus Torrecilla indaget punctum, & dicat non esse probabile post decretum condemnativum, plures AA. quos referunt, & citat in dict. tom. propos. fol. 242. tract. 4. cōcl. 4. nu. 122. dicunt dictum conventum gratitudinis non esse simonicum, nec comprehēdi in damnatione, & novissimè Lumbier. post damnationem propositionum roborat rationes dict. AA in tom. 1. num. 448. & 449. & 450. fol. 445. & ait: Dictam sententiam conventi gratitudinis non debere condemnari, vt improbabilem, quia hoc potest esse sine obiecto venditionis, emptionis, aut ratione pretij: ergo casu, quo hic fuisset conventum, & conventum gratitudinis, hoc non sufficit, vt annotetur hic casus cum vitio simoniae; & pro parte conventi videtur manere argumentum suffi-

sufficienter responsum.

66 Videamus nunc, quod
ait de promercatura, quæ in cō-
tractibus , & conventis profa-
nis nullam addit bonitatem, aut
malitiam , quam inducentem
est̄e iustum, aut iniustum pretiū
in emptione, aut venditione; in
nostro casu si daretur emptio,
aut vēditio, promercatura nul-
lam adderet malitiam, nec spe-
ciem mutaret , quia idem esset
per duo , quam per ducentos;
aliqui vero dicūt: quod nō na-
ceretur ex eo , quod pretiū ef-
fet superius , quoniam quanto
minus esset, maior daretur mali-
tia; ita sentiunt cōmuniter DD.
& plures negant paritatē ma-
teriæ. Videatur Torrecilla in
summ. tom. 2. tract. 3. fess. 2. ca.
1. num. 6.

97 Nunc ergo : conve-
ntum, vt dictū manet, circa nos-
trum casum non habet vitium
simoniæ: ergo etiam promercat-
ura eo caret; antecedēs ex dic-
tis constat. Consequentia pro-
batur: Quia promercatura non
addit malitiam, nec mutat spe-
ciem convēti; sed sic est, quod
conuentum non habet malitiā

simoniæ: ergo nec pro merca-
tura.

68 Sed dices: non est idē
conventum , & promercatura:
ergo licet conventum non in-
ducat simoniā, eam inducit
promercatura. Antecedēs pro-
batur, quia potest conventum
fieri , sine eo quod promerce-
tur: ergo non est idem conven-
tum , & promercatura. Itē: cō-
ventum, vel sit nudum, vel ves-
titum potest esse tacitum ; sed
tunc non adeſt promercatura:
ergo datur conventum absque
promercatura , & confequen-
ter, licet conventum non in-
ducat simoniā, eam debet in-
ducere promercutura.

69 Hoc argumentum est
debile , & sic facillimē disolvit-
ur, quamvis contrarij iterum,
atque iterum vociferentur hāc
promercaturā, vt probent huic
se conuentum , & contractum,
& ex his emptionem, & vendi-
tionem , & iam constat esse su-
perfluam ad hunc finem hanc
promercaturam. Ad illud re-
pondetur negando antecedēs,
& vt clariū procedamus distin-
guitur: non est idem conven-
tum

tū , & promercatura penès voices,& quò ad modū, cōceditur antecedens. Quò ad substantiā, negatur antecedens. Et ad eius probationē distinguitur antecedens. Poteſt cōvētū fieri ſine eo, quod promercetur per accidēs, conceditur antecedens. Poteſt conuentum fieri ſine promercatura, quia vnum ſit diſtictum in ſpecie , & ſubſtantia ab alio, negatur antecedens,& ad illud, vt poſſit dari convētū ſit nudum, aut non , ſine promercatura, iam ex dictis conſtat eſſe per accidens , & conſequenter promercaturam nō addere malitiā, nec ſpecie diſferre à cōvento tacito , vel expreſſo , nudo, vel veſtitio.

70 Et quod promercatura perſe coniuderata , & vt diſtincta à conuento non inducat malitiā ſimoniæ , probatur, quia communiter experientur in elecctionibus capitulorum , & Religionum hæ altercationes, differentiæ , quæ idem ſunt , ac promercaturæ, vt ſi pro Petro non fuſfragaris , non futurus eſt Prior; Petrus , & franciscus fuſragabūtur pro Joanne, ſed an-

tea oblaturus erat ſe daturum eſſe talia , & talia officia, hoc eſt valde commune , & vtiliſimū, ne in elecctionibus eveniant monſtruſtates, vt ait Doctiſſimus Lübier. tom.3. fol. 119.nu. 1930. ſed ſic eſt, quod in hiſ caſib⁹ aſfirmāt plurimi , & gravifimi AA vt viſer̄ potefit apud Lumbier vbi ſupra , non eſſe ſimoniā, nec de iure Eccleſiaſtico: ergo potiori ratione in noſtro caſu , ſi fuſſet promercatura, adhuc hac cōſiderata(ſi potefit eſſe) ſine ratione conuenti, nullo iure potefit dici habere malitiā , nec vitium ſimoniæ.

71 Sed dices cum Nauarro apud Torrecill. tom. de po- teſt. Episcop. traſt. 1. quæſt. 6. feſſ. 3. diſſicult. 1. fol. 112. num. 26. ex cap. Jacobus de ſimonia, & cap. fin. de paſtis. Vbi ſtabiliſ- tur , & diſſinuitur , reſ ſpirituales concedendas eſſe purē , & abſque conuento : ergo &c. Reſpoſdetur prohiberi per diſta iu- ra conuenta, quæ fiunt cum fi- ne ultimo profano, nō vero quæ fiunt fine ultimo honesto, ſicut fuit (dato quod fuſſet) finis ul- timus noſtri caſu , & multoties

manet responsum , & ita dictis textibus , nihil probatur contra traditam doctrinam.

72 Sed instabis : Doctrina usque huc tradita fundatur in eo quod dicta quantitas fuit eleemosyna ad structuram Ecclesiæ ; sed ut eleemosyna fuit pretium spiritualis : ergo licet coloretur eleemosyna, in rei veritate fuit pretium officij, quod est spirituale. Maior est certa. Minor probatur, quia licet cum colore eleemosynæ circa dicta quantitatem *eleemosynam* nominatam, adfuit conventum, & promercatura ; sed hoc fuit ratione pretij : ergo quamquam cum colore eleemosynæ, in eademmet eleemosyna fuit ratio pretij, & consequenter licet cum colore eleemosinæ, in dicto causa fuit simonia.

73 Respondetur concedendo maiorem , & minorem negando, ad cuius probationem admittitur maior , & negatur minor. Eleemosyna, ut ex se patet, est valde diuersa à pretio notwithstandingum quia ambo à diuersis principijs originem trahunt, sed quia ambo fines diuersos in spe-

cie aspiciunt, & dictam quantitatem fuisse in realitate eleemosynam , & non pretium , ab effectu cognoscitur; siquidem consumpta fuit in structura facelli maioris, ad quam oblata, & donata fuit.

74 Ad intelligentiam huius doctrine videri potest Reverendissimus Torrecilla in suo tom. de potestat. Episcop. vbi supra num. 25. agendo de bullis , quas in suis Dioecesibus D. Episcopi concedunt possunt, & de oneribus pecuniaris , quæ per dictas bullas imponere valent, ait quod sequitur: quod poterunt concedere dictas bullas adhuc cum onere eleemosynæ pro parte , quam continent privilegia dispensandi, & commutandi, & etiam pro parte, qua continent indulgentias , imponere valebunt , ut soluatur aliqua eleemosyna , cæterum non tali modo , ut indulgentiæ dentur aliqua re temporali , (notetur hoc) sed proponendo indulgentias peccatorū , ut spe eas adipisci animentur homines ad donationem eleemosynæ alicuius operi applicatae , aut publi-

cæ necessitati , seu illas dando tali modo pro rebus temporalibus , vt sint præmium boni affectus eleemosynæ. Sic vide- mus eundem Deum tribuere bona supernaturalia, vt præmiū bonorum affectuum eleemosynæ, quæ est medium ad confe- quitionē dictorum bonorum, & ad satisfaciēdum pro pecca- tis, vt ex sacris literis cōstat To- biae cap. 4. & Danielis cap. 4. Hactenus Doctissimus Torrecilla. Vnde constat, quod licet spi- rituale donetur propter ele- mosynā , hæc semper caret ra- tione pretij , & vt ex supradicto constat, quamquam sit conven- tum , & promercatura , quoniā spirituale, quod tribuitur potest esse præmium eleemosynæ, aut pro benevolentia , & alio dece- te titulo grato Deo, sine labe si- moniæ potest fieri: ergo nihil probat argumentum.

75 Sed adhuc instabis: a- pud Reuerendissimum Torre- cillam vbi supra num. 28. cap. ex multis 1. quæst. 3. vbi pro- hibet aliquod donari præmium pro spirituali adhuc collatum in opus piū: ergo &c.

76 Primò respondetur, vt iterum , atque iterum dixi- mus , dictam quantitatem non donatam fuisse vt pretium spi- ritualis , Ecclesiæ , sed vt ele- mosyna. Secundò respondetur cum eodem Torrecilla, dictum textum loqui de impetratio ne beneficij, quia prohibet aliquid donari in utilitatem, aut fabricā Ecclesiæ, aut pauperibus; cæte- rū, quæ prohibentur decreto speciali in materia beneficiorū nullo modo debent ampliari ad alia, ad quod nullum datur furi- damentum , alijs posset etiam ampliari ad commutations vo- torum , quæ pertinent ad iu- risdictionem spiritualem, ac per consequens petenti commuta- tionem voti non posset præcipi, vt donaset aliquid in opus piū, & idem deberetur dici de alijs similibus , quod est absurdum apud omnes Theologos Mora- listas, qui loquuntur de commu- natione votorum. Hactenus To- rrecilla vbi sup. num. 28. immo idē Torrecilla in proposit. dam- nat. tract. 4. consult. 4. fol. 242. num. 104. ait citando Sanchez: quod prelaturæ religionum li-

cèt sint officia spirituallia , non sunt beneficia : ergo noster casus non comprehenditur in dicto textu , & consequenter vacat vitio simoniæ .

77 Oppones 3. hæc donatio pecuniæ licet fuisset ad struc turam facelli maioris , & fuisset quasi eleemosyna , fuit motivū vt dare officium prælati præ tendéti ; sed dare spirituale hoc motivuo damnatur ab Innocé tio XI. in propositione quadra gessima quinta : ergo quomodo libet sit donare dictum officiu illi , qui dederat quantitatē , ha buit malitiā , & vitium simoniæ .

78 Huic argumēto respō detur doctrina PP. Torrecilla , Corella , Lumbier , Hozes , Car denas , & aliorum , qui in expli catione dictæ propositionis dā natæ dicunt , talesm propositio nem loqui de motiuo intrinseco finali , non verò de extrinseco excitativo impelléte , quod cō muniter dicitur in materia dis pensationum , sic etiam affirmat Doctor D. Joannes de Hebas in expositione dictæ propositi onis , cuius verba sunt hæc : *Dare autē spirituale pro motivo extrin*

secō temporali , non est simonia , nec eius opinio in præsenti damnata , quia Pontifex solum de motivis ri gorosis intrinsecis loquitur , non de extrinsecis . Vsque huc dictus D. Hebas .

79 Et quod hæc donatio temporalis nostri casus fuit moti vum extrinsecum , non verò intrinsecum , patet ex differen tia vnius ab altero , quam expli cat eruditione , qua solet , Docti simus Torrecilla tom. 3. Suar. consultat . in eius Apologetica responsione fol. 470. num. 74. vbi vt sequitur ait : finis vt sic est duplex vnum intrinsecus rei , & alter extrinsecus : intrinsecus rei est ille , cui eadem res ex natura sua ordinatur : extrinsecus est ille , cui persona rationalis ordi nat aliquam rem , licet non ordinetur perse ad talesm finē . Hac tenus Torrecilla in dict. nu. 74. & in 75. sequenti videri potest , hæc differentia aliter explicata ad nostrum intentum .

80 Nunc ergo , hæc quā titas pecuniarum nō ordinabatur ex natura sua ad officiu præ lati : ergo respectu dicti officij non potest esse motivum intrin secum

secum. Deinde data fuit struc-
turæ Ecclesiæ: ergo ad alium fi-
nem ordinata: ergo si fuit moti-
vum, fuit extrinsecum, & intrin-
secum non potuit esse; sed in
propositione condemnatur ab
Innocentio motivum intrinse-
cum: ergo noster casus, vt moti-
vum extrinsecum donationis,
non condemnatur in proposi-
tione Innocentij.

81 Hæc doctrina proba-
tur. Quia inter DD. est sine cō-
troversia, & illam docent, vt re-
gula generalis, esse licitum, & à
simonia alienum, dare, aut acci-
pere aliquid temporale labore
extrinseco, & accidentaliter, actio-
nibus sacris, non alia ratione, ni-
si quia dictus labor est separabi-
lis, & accidentalis, & moraliter
loquendo nō est necessarius ad
faciēdas dictas actiones sacras;
sed in nostro casu donatio dic-
tæ quantitatis respectu officij fu-
it separabilis extrinseca, & acci-
dentalis: ergo in nostro casu do-
natio temporalis non potest es-
se motivum intrinsecum, & cō-
sequenter in damnatione Inno-
centij non potuit comprehendendi

82 Sed dices: Licet hæc

²³ donatio esset motivum extrin-
secum, att amē obligauit, vt da-
rent officium prætensori prop-
ter eam; sed eo ipso, quod tale
obligationē inducat, compre-
henditur in damnatione: ergo
licet esset motivum extrinsecū,
non ideò excusatur à damna-
tione.

83 Respondetur negando
maiores, quoniam eo ipso,
quod sit motivum extrinsecum
impulsivum, & impellens, nul-
lam inducit obligationem, vt
patet in dispensationibus, vbi
tacere veritatem in narratione
pro eo quod attinet ad causam
motivam intrinsecam subirrep-
titiam facit dispensationem, nō
verò ita, si solummodo tacetur
causa impulsiva; sic communi-
ter tenetur ab omnibus DD. &
idem accedit in voto, quod ces-
sat, cessante causa finali motiva,
& non sic, si tantummodo ces-
sat impulsiva; ex quo infertur:
quod solum in motivo intrinse-
co includitur, & prætenditur
induci obligationē, cæterū non
in eo quod solum est excitati-
vum impulsivum, vt fuit (dicamus sic) donatio temporalis in
nostro casu.

Sed

84 Sed instabis: Dato casu, quod donatio temporalis, non fuisset motivum, ad conferendum officium prælati, datu fuit ut gratuita compensatio dictæ donationis temporalis; sed gratuita compensatio cum spirituali damnatur in dicta propositione: ergo &c. Respondeatur negando maiorem, & ratio est manifesta, & iam superius dicta, quia compensatio, & recompensatio in volbunt æqualitatē inter spirituale, & temporale, & cum tantum distet vnu ab alio; non potuit esse compensatio.

85 Oppones quarto. In quedam congressu gravissimorum virorum, gravissimoque gravissimorum præsente, amicabiliter confabulantum pro quiete, animis omnium nullo modo motis, immo potius alterius ad alterum propensis, inter alia per multa ibi colloquendi gratia adducta, occurrit sermo de Conventu illo, in quo nostrū factum accidit, tunc igitur, ex ipsis, religiosus quidam dignificatæ qualitatis, qui in prædicta electione fuit vocalis, sua freatute authoritate cum furore, &

vigore audacter dixit: Quod paulo post supradictā electionem, a quodam nobili animadversus fuerit de huius supradictæ electionis simonia, quō motus (dixit) vidisse Emmauel Rodriguez super hoc, ubi invenerit verbo *Capella maior* fuisse simoniacam prædictam electionem, quibus verbis alter ex predicto congressu summis se respondit, alios Authores contrariam fette sententiam, ad quod ille primus hoc indignè ferebat, in hunc modum, primo maiorem furorem adhibens, replicavit: Alij è contrario sentiunt? Alij oppositam tenent sentientiam? & iterum qui summis se loquebatur, iterum summis dixit (loquendo iuxta subiectā materiam) inter prælatum, & subditum nullam esse simoniā, & hanc propositionem, ille primus autoritate prædictus viteravit. Ex his omnibus inferunt, nostrū casum fuisse simoniacum.

86 Ad responsionem huius argumenti tria sunt hic consideranda, primū illam propositionē supradictam: An alij Au-

Authores contrarium dicant?
Secundū: Quid super hoc Emmanuel Rodriguez sentiat? tertium. An illa propositio (iuxta subiectam materiam) *inter prælatum, & subditum, nullam dari simoniam amplectenda sit*, aut rei cienda. Circa primū, iam ex supradictis manifeste cōstat, quam plures, ac gravissimi Authores contrarium ferant, ac illud, quod Emmanueli Rodriguez ille primus significatæ qualitatis imputavit solum libenter, & sua fretus Autoritate; restat nunc secundū, & tertium, scilicet, quid super hoc dicat Emmanuel Rodriguez? Et an sit amplectenda illa propositio *inter prælatum, & subditum non esse simoniam*: Prius de secundo agemus postea de tertio, vt detur plena, & integra ad argumentum solutio.

87 Doctissimus Emmanuel Rodriguez in quaestib⁹ regularibus nō agit de simonia quamquam obiter aliquos tractet punctiones, & peculiariter circa pœnas simoniaci, & eius dispensationem, vbi ex professo, & latissimè de hoc agit, est in to-

m. 2. eius summæ in duodecim capitib⁹ à quinquagesimo quinto usque ad sexagesimum sextum inclusuē, in quibus de alia re non agit, nisi de simonia, & eam tractat, & explicat eruditissimè sicut assolet in suis operibus.

88 Nunc ergo, visso, & revisso Emmanuel Rodriguez, & de verbo ad verbum perlectis duodecim capitib⁹ dictis, non reperietur in illis, verbum *Capella maior* vt videri potest: ergo falso imputatum fuit Emmanueli Rodriguez, esse apud illum nostrum casum simoniaicum cum verbo *Capella maior*: ergo qui plenus autoritate in grauiſſimo congressu dixit se inuenisse apud Emmanuelem Rodriguez hunc casum cum verbo *Capella mayor*, fuisse simoniaicum, perperām, dixit. Patet ex Emmanuel Rodriguez.

89 Nunc videamus quid circa nostrū casum sentiat Emmanuel Rodriguez in summ. tom. 2. fol. 137. cap. ex dudecim citatis 58. numer. 6. in 6. conclusione ait vt sequitur; licetum est Ministris Sacramento-

rum, etiam locupletibus pro il-
lorum administratione accipe-
re, illud, quod eis largiuntur po-
puli ad suam sustentationem, ita
traditur à Soto post Gabrielem,
quod sic est verum, ut quæant
dicere, quando commendantur
Missæ, & administratio aliorum
Sacramentorum, quod ita fa-
cient, si illis daturi sint ad sus-
tentationem personarum, quod
confuscat, ita post Sotum, &
alios Gutierrez Ex hac doctrina
infertur, esse licitum relinquere
quosdam redditus alicui Eccle-
siæ hoc onere, ut eius Clerici
obligentur ad dicendum aliqua
anniversaria, quamvis fiat con-
ventum, & conventio, ita ut fiat
ad sustentationem dictorum
ministrorum, ut notant Caieta-
no, Soto, & Nauarro, cæterum,
qui non administraret dicta Sa-
cramenta, nisi illi daretur stipendium
ad suam sustentationem,
ponendo dictum stipendiū pro
fine ultimo dictæ administratio-
nis committeret simoniam, &
iuxta suam mentem venundat
Sacramenta, sic D. Thomas, &
Silvester, dixi ponēdo illud pro
ultimo fine, quia bene potest a-

liquis administrare Sacra-
menta ratione stipendij, quæ non admi-
nistraret, nisi illi daretur, sine si-
monia, quia plures dantur cau-
se tantummodo motivæ, & nō
vltimæ, & finales, quibus defi-
cientibus, deficit etiam actio,
quæ per illas fit, ex his potest
esse dictum stipendium. Hacce-
nus Emmanuel Rodriguez.

90 Ex hoc patet clare, Em-
manuel Rodriguez defende-
re traditam à nobis doctrinam,
quasi eidem terminis propriā
do illam ad nostrum intentum,
& casum, siquidem constat pos-
se fine honesto pro spirituali,
dare temporale. Cōstat illud cō-
venti, & promercaturæ, illud
etiam finis vltimi spicificatiui,
& non minus, illud conditionis,
sine qua non, totum quod supe-
rius diximus, ut considerati pa-
tebit. Id circa quid deficit, ut
defedat dictus Rodriguez doc-
trinam traditam à nobis? Nihil:
ergo adhuc absque verbo *Ca-
pella maior*, non ait Emmanuel
Rodriguez nostrum casum ful-
fe simoniacum, sed contrarium
fentit, ut in suis verbis videtur:
ergo imputatio inconsiderata,

&

& sine veritate fuit dicere Emmanuel Rodriguez verbo *Capella maior* dixisse nostrum casum fuisse simoniacum ; patet &c.

91 Item in num. 12. cap. 58. citato ait Emmanuel Rodriguez quod sequitur : nequeunt Canonici titulo consuetudinis petere cibum à Canonico , quē nouiter elegerunt, & non valet , vt ait ius , vt simoniaca talis cōsuetudo , virtute cuius Clerici petunt ab alijs Clericis aliquam rem cernentem solummodo ad eorum convenientiam , & utilitatem ; sed valet cōsuetudo , qua exigitur casula , aut patena , aut aliud concernens ad cultum divinum , & fabricam Ecclesiæ , vt resolvitur ab Antonio Butrio . Hucusque Emmanuel Rodriguez . Quo non potest esse clarius .

92 Expressè hæc doctrina tradita probat nostrum assump-
tū , quia si electores sibi coagi-
mentent ad eorum utilitatem ,
& convenientiam elemosynas ,
& donationes , erit simonia ; sed
non erit si donationes tempora-
les applicent ad fabricam Eccle-
siæ , aut ad alia loca pia : ergo

25

Emmanuel Rodriguez , non so-
lum minime dixit , nec cogita-
vit nostrum casum adhuc sine
verbo *Capella maior* fuisse simo-
niacum , sed contrarium expre-
sē docet ; & defendit nostram
doctrinam , probando nostrum
assumptum eisdem rationibus ,
quibus à nobis manet probat .
ergo perperā dictū fuit En-
manuel Rodriguez dicere
nostrum casum fuisse simonia-
cum .

93 Item in cap. 59. num. 7.
ait : non esse simoniā in spiri-
tualibus , quod in temporalibus
non est usura ; nunc ergo : hac
met ratione , & cum ex illa sub-
ductò manet probatum nostrū
assumptum : ergo non opponi-
nitur nobis Emmanuel Rodriguez , immo , in num. 8. sequēte
dicti capit is ait quod sequitur :
dare aliquod beneficium ad ef-
fectum lucrandi amicitiam , aut
laudem humanam , appetendo
hoc , qui dat hæc , quia est homo
insenatus desiderans , vt omnes
illum magni pendant , & laudēt ,
non est simonia , vt post Inno-
centium tenetur à Caïetano , &
Soto contra Adrianum , & alios ,

G quia

quia pro isto fine donare beneficium non est avaritia, sed ambition, & simonia præsupponit avaritiam; nec obstat, quod non tribuit gratis beneficium, quia vt non sit verè simonia, sufficit vt illud donet sine pretio. Hactenus Emmanuel Rodriguez.

94 In supradicto exprimit sufficiente claritate doctrinam, quam superius dedimus, vt intuitu amicitiae, & benevolentiae potest duci spirituale, & denique, quo. vt non sit simonia sufficit, vt temporale detur absque pretio, quod toties diximus cum grauissimis AA. supra citatis: ergo Emmanuel Rodriguez non est contrarius nobis, & consequenter nō ait nostrum casum fuisse simoniacum; sed vt ex eius verbis videtur, probat, & confirmat nostrum assumptum: ergo finistra fuit imputatio, quæ facta fuit Emmanueli Rodriguez sicut, quod reperiatur in suis operibus verbum *Capella maior.*

95 Idem in num. 12. dicti capitatis tractando, vtrum commendata, quæ dantur equitibus militaribus, vt premium suorum

laborum quærant vendi? Terminat dictum numerum, his sequentibus verbis: vt iudicemus, si sit, aut nō simonia, respiciendū est proximum, & immediatum finē, quia si recipiens fuisset ultimus finis, omnes venundationes fuissent simonia; id circa si bene aspicitur totū id, quod continetur in republica Christiana ordinatur ad Divinum cultum, vt advertit Aragon. Hactenus Emmanuel Rodriguez.

96 Ex hoc debet notari differentia, quæ inter proximum, & immediatum finem potest adesse, quia immediatus finis est specificativus, & non alij, & ad finem proximum, & specificativum attendendū est, vt cognoscatur, si est, aut non simonia; sed sic est quod hæc doctrina traditur à nobis ad nostrum intentum cum Authoribus citatis: ergo Emmanuel Rodriguez non solum non opponitur nostro assensui, sed defendit, & fert eisdem rationibus, quibus manet probatus.

97 Et in cap. 62. ait Emmanuel Rodriguez: si donans pecuniam non prætendit emere

re confirmationem (loquitur de electo) vt causa principalis, sed lucri facere amicitiam confirmantis, & obviare lites, & scandala, quæ possunt oriri, nō damndus est vt simoniacus. Hucusque Rodriguez: ergo si pecunia donatur, nō vt causa principalis ad lucrandum spirituale, sed alio fine honesto, & decente, damnari non debet; sed hoc pluries manet dictum in probatione nostri assumpti: ergo Emmanuel Rodriguez non est contrarius nostro assensui: ergo falso laudatur adversus nostram conclusionem.

98 Et tandem: alias plures doctrinas omittendo, quas in duodecim capitibus dictis refert validissimas ad probationē nostri assumpti, in cap. 64. num. 4. in fin. ait: in foro autem conscientiae, ait, Nauarro posse defendi, non commisisse simoniam, si dictus prætentor non obtulit resignationem sui beneficij simplicis primariò, & immediate, vt asequeretur per illam, vt premium, præsentationem, quā prætendebat; sed vt causa impulsiva, & excitans ad asequendum

26

aliquid spirituale, vt traditur à dicto Nauarro, & sæpe manet dictū superius. Vixque huc Rodriguez.

99 Nihil expressius inueniri potest ad nostrum assumentum, nec consentaneum laudatæ doctrinæ Reuerendissimi, & doctissimi Torrecilla, & aliorū grauissimorum, & doctissimorum AA. quibus nostrū assumentum manet probatum: ergo Emmanuel Rodriguez nostrum casum nullomodo, vt simonia cum reputat, sed contrarium ait clare, & expresse: ergo falso, improbèque contrarium imputatum est ei in tam gravi congregatiōne; haec sufficiant, & inquiramus, si illa propositio quæ summissè dicta fuit, loquēdo iuxta subiectam materiam, scilicet, *inter subditum, & Prælatū non datur simonia,* debeat amplecti, aut reiçci inter Religiosos

100 Vt cum claritate in hac materia procedamus neceſſe est vt supponamus, Religiosos professos nullatenus habere dominium, & proprietatem aliquius rei, quia in capaces sunt, virtute voti solemnis paupertatis.

tis. Diximus, debere necessario supponi, quia non debet probari cum expressè constet ex sequentibus iuribus.

101 Ex cap. nō dicatis 12. quæst. 1. de sumpto in regula di vi Augustini vbi sic ait: *Nullus fratrum aliquid esse propriū dicat, sed sint vobis omnia communia*, ex cap. cui portio 12. quæst. 1. desumpto à Divo Ambrosio lib. de fuga sacerdoti vbi ita ait: *Cui portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum*, ex cap. Ioannes de regularibus, vbi sic ait. *Mādamus, ne liceat quem monachum peculare quidpiam habere*. Ex cap. monachi cum ad monasterium, vbi referuntur verba Lateranensis: *Prohibemus, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat*. Eodem titulo cap. Monachi, de statu Monachorum, & vt habetur 18. quæst. vnic, C. vnic. & Gloss. Ecclesiastic. in Clementin. nolentes de hæreticis: *Quod Monachus acquirit Monasterio acquirit*. Ex relat. textibus constat paupertatem Religiosi debere esse talem, vt excludat omnem proprietatem.

102 A plius probatur ex

Tridentin. sess. 25. cap. 2. ibi: *Ne-
mini igitur regularium, tam viro-
rum, quam mulierum liceat bona
immobilia, vel mobilia cuiuscum-
que qualitatis fuerint, etiam quo-
vis modo, ab eis acquisita, tanquā
propriè, aut etiam nomine conven-
tus possidere, vel tenere; sed sta-
tim ea superiori tradantur, conve-
tui que incorporentur, nec deinceps
liceat superioribus bona stabilia a-
licui regulari concedere, etiam ad
usufructum, vel usum, adminis-
trationem, aut commendam: admi-
nistratio autem bonorum monaste-
riorum, seu conventuum ad suos of-
ficiales eorumdem, ad nutum supe-
riorum amobiles pertineat, mobi-
lum vero usum, ita superiores per
mittant, vt eorum supellex statui
paupertatis, quam professi sunt,
conveniat, nihilque superflui in ea
sit, nihil etiam, quod sit necessariū
eis denegetur, quod si quis aliquid
tenere deprehensus, aut convictus
fuerit, is biennio activa, & passi-
va voce privatus sit, atque etiam,
iuxta sua regule, & ordinis consili-
tiones puniatur. Hactenus Cō-
cilium Tridentinum.*

103 Constitutiones dictæ
religionis vbi evènit noster ca-
sus

sus in lib. i. cap. 3. de paupertate servanda, super textum regulæ, & sine proprio viuant in §. 1. sic aiunt: *Cum huius nostræ cōgregationis fratres, non solum facultatibus, sed voluntatibus proprijs renuntiauerint, in ipsamet ordinis susceptione, & semper promissam obedientiam penitus prælatorum potestate, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint, certum est nihil habere, possidere, vel accipere sine superioris licentia debere, ne oppositum facientes (uxori Loth similes, que retrò aspiciens, in salis statuam conversa est) incident in salvatoris sententiam dicentis: nemō mittens manum suam ad aratum, & retrò aspiciens, aptus est regno Dei.*

104 In §. 2. vt sequitur aī constitutio: *Ideo, & vt Tridentini Concilij decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius obseruentur, præcipitur, vt nullus ex fratribus, etiam si superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecunia proventus, census, eleemosynas, siue ex concionibus, siue ex lectionibus, aut Missis tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, alio ve ipsorum labore iusto,*

& causa, & quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tāquam propria, aut etiam nomine conventus possidere posse; sed ea omnia statim superiori tradantur (in actis earumdem constitutionū, id est, intra viginti quatuor horarum spatium) & conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecunijs, ac preventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari posset.

105 In §. 3. vt sequitur: *Ne que superioribus, quicunque illi sint ullo pacto liceat, eisdem fratribus, aut eoram alicui, bona stabilia etiam ad usufructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodie nomine concedere, eorum vero, que ad necessitatem concessa erūt, nullus quisquam possideat, vt proprium, nec vt proprio utatur.*

106 In §. 4. vt sequitur: *Qui in præmissorum aliquo deliquerit, panas, ne dum à Cœcilio Tridentino præscriptas, sed alias queque multo grauiores superiorū arbitrio imponendas incurrat.*

107 In §. 5. vt sequitur:
Nalla quorumcumque superiorum
dispensatio, nulla licentia quantū
ad bona mobilia, vel immobilia
fratres excusare possit quod minus
culpae, & pœnae, ab eiusdem Con-
cilio decretis impositae, & ipsofacto
incurrente obnoxij sint; etiam si
superiores asseverent, huiusmodi
dispensationes, aut licentias conce-
dere posse, quibus in ea re fidem ad
hiberi minime volumus.

108 In §. 6. 7. 8. & 9. lo-
quitur de vestibus fratrum, &
cellarū suppellectilibus, & quod
omnia, quæ secundūm pauper-
tatis statum per superiores per-
missa sunt, omnibus annis feria
quinta in Coena Domini Præla-
tis exponant per inventaria in
scriptis: & in §. 10. ait, vt se-
quitor: Quotiescumque Minister cla-
vem à fratre petierit, ei tradatur.
Proprium autem iuxta sacros Ca-
nones appellamus quidquid præla-
to celeratur, occultatur, vel contra
eius voluntatem tenetur, & dicitur
proprium, quasi à communitate, se-
paratum. Hucusque cōstitu-
tiones religionis, pro eo quod ad
nostrum casum pertinet.

109 Hic non omittamus

Leandrum à Sāctissimo Sacra-
mento in regulam p̄tēdīctā re-
ligionis tom. de irregularitate
post indicem fol. 3. cap. 1. super
illa verba textus, & sine proprio
vivant vbi ait, vt sequitur: Id est
absque illa prorsus bonorum pro-
prietate; nam illa dictio, sine, de sua
natura est exclusiva omnium, vt
ex iure constat, & meritò quidem,
quia prohibitum est regularibus pe-
culiare aliquid habere, docet Au-
gustinus in sua regula 1. 2. & 3.
(licet 1. tantū pro sua agnos-
catur) vbi sic ait: Nulli liceat in
societate nostra, habere aliquid pro-
prium; sed si forte aliquid habeat,
nulli licet, & qui habuerint, faciūt,
quod non licet. Et rursus: Qui ha-
bere voluerit proprium, & de pro-
prio vivere, & contra ista pracep-
ta facere, parum est, vt dicam, nō
mecum manebit; sed neque Cleri-
cus erit. Refertur in cap. nolo
12. quæst. 1. Sine proprio vivant,
id est, non habeant aliquid peculia-
re, vel quod idem est aliquid pro-
prium in particulari: nam habere,
& possidere bona propria in com-
muni, neque est contra votum pa-
upertatis, nec contra statum perfec-
tionis, vt ex iure constat. Quod
totum

totum dixit Divus Hieronimus in regula Monachorum cap. 2. his verbis : *Et si liceat habere aliquid temporale, nil sit vestrum, sed commune.* Eatenus Leander.

110 Hoc etiam constat ex eadem ratione intrinseca paupertatis solemnis. Quia per votum abrogant religiosi omnē proprietate, hoc est omne ius pecuniarum dominium , vſus-fructus , vſus , abrogant etiam omnem retentionem , omnem possessionem , acquisitionē , appropriationem , reservando sibi in futurū solummodo quod non possunt abrogare naturae legibus , vt vſus facti , sicut illo eget ad vivendum , vt pauper non ad vſus superfluos. Sic docet praxis religiosorum cognitae virtutis , & testificantur historiae diversorū casuum , & revelationes factae servis Dei , & sic æquiloquntur strictum Sancti Patres super hoc puncto , & omnes conspirant in ynum , conformiter conspirantes damnat in religiosis proprietatem , & dominium quamquam sit in levissimis materijs.

111 Ex his constat : esse

conventus vnamquamque pecuniam , quam habebat religiosus professus , & in ea habet prælatus iurisdictionem administrandi illam ; sed prætentor , cui datum fuit officium , & qui de-dit dictam quantitatem pecuniae ad structuram facelli , est religiosus professus prædictæ Religionis : ergo dicta pecunia quā dedit , non erat sua ; sed conventus ; minor est certa. Et probatur consequentia , quia si dicta pecunia sua esset , & non conventus , dictus religiosus esset proprietarius , vulnerando antiquum ius Tridentinum , & cōstitutiones , quas professus fuit , & etiam votum solemne paupertatis , & esset incursus in gravissimi poenis ; hoc non est dicendum : ergo dicta pecunia sua non erat , sed conventus : ergo si data fuit conventui , data fuit domino eius. Deinde P. Provincialis administrabat dictam pecuniam , & licet interveniret , vt daretur conventui , potuit hoc facere. Et in hoc non plus fecit , quam applicare conventui , qui erat verè dominus : ergo hic nō fuit emptio , nec veniūdatio , nec

potuit esse, & cōsequenter, nec inter prætenorem, & conven-
tum, nec inter illum, & præla-
tum non esse simoniam: ergo
verum est dicere iuxta subiec-
tam materiam, *inter subditum, &*
prælatum non esse simoniā, & hæc
propositio compluries inter re-
ligiosos ex toto corde est, & de-
bet esse amplectenda, & nulla-
tenus rejcienda, nec vitupe-
randa.

112 Sed dices: cum licen-
tia tacita, aut expressa superio-
rum permittitur religiosos ha-
bere peculia; sed habere pecu-
lia, quamvis sit cum licentia, &
illis vti, est habere proprietatē:
ergo hæc in dictis peculijs non
est negāda religiosis. Maior cōf-
tat, quia est opinio plurium Au-
torum, quos laudat Villalobos
tom. 2. tract. 35. difficult. 10. nu.
1. & 2. & etiam quia Concilium
Tridentinum non damnat pecu-
lia, & quia practicatur sic, &
est consuetudo, religiosos habe-
re peculia ad subvētionem sua-
rum necessitatum, quoniā mo-
nasteria non subueniunt illis ne-
cessarijs ad vitam humanam, &
dixit Sanchez tom. 2. lib. 7. cap.

21. num. 11. quod sequitur: *Et*
id sit valde necessarium, quia mo-
nasteria non suppeditant necessa-
ria religiosis, ut vitam mediocri-
ter, & iuxta suum statum transi-
gant. Huculque Sanchez. Nūc
probatur minor, quia peculium
in particulari, aut peculium pe-
culiare, idem est, ac peculium
proprium, & ex iure constat,
quod vtitur indistinctè voce pe-
culiare, seu proprio: *Ne liceat quē*
Monachum peculiare quid piā ha-
bere, vbi omnes DD. idem, ac
proprium intelligent: ergo pe-
culium habere, idem est, ac ha-
bere proprium.

113 Et confirmatur cum
Navarro comm. 2. de regula-
ribus num. 9. & 14. Vbi nostrā
opinionem amplectēdo ita po-
nit conclusionem: *Non est illicitum*
religioso habere aliquid pro-
priij de licentia &c. ita, vt idem
intelligat per proprium, quam
per habere peculium in parti-
culari: ergo &c.

114 Respondeatur ad ar-
gumentum, concedendo maiore-
rem, & minorem negando. Ra-
tio est, quia quamvis verum est,
quod licentia superioris ad pe-
cu-

cūlum tollit semper proprietatem contra iustitiam, quæ posset esse fruendo dicto peculio, quod est monasterij, non vero dicta licētia semper obstat proprietati, quæ intrinsecè opponitur paupertati, non tollitur licentia iniusta, hoc est, vībus, qui intrinsecè opponuntur paupertati, & vt dixit P. Suarez: *Vt cum iniusta licentia, est quasi sine licentia vī.*

115 Si per aliquem superiorem v. g. Licuisset subdito, vt abuteretur peculio ad libitum iam in vībus proprijs, & iam in alijs voluntarijs, talis licentia est iniusta, & ad plus excusaret in subdito proprietatem oppositam iustitiæ; sed non excusaret proprietatē oppositam paupertati.

116 Notari debet: ius loqui circa votum paupertatis complectens quamidam rationem intrinsecam, quæ opponitur per se, & independenter à licentia aliquibus modis habendi, fruendi, & vīendi peculio, in quibus est proprietas intrinseca, & illis violatur effictia voti, quod clarè videtur in voto

castitatis, quia frangere castitatem, quamvis sit ducendo uxorem, est intrinsecè contra votū, & essentiam religiosi, & neque à Pōtifice potest fieri, relinquendo illum in statu religiosi: ergo eodem modo quoniam sint vīus proprietatis intrinsecè oppositi paupertati, nec Pontifex potest cōcedere licentiā ad tales vīus, & si eam concederet, per eam absolvebat à voto paupertatis, & ab statu religiosi: ergo licet licentiā superiorum habeant peculia, non ideo concedi debet proprietas in religiosis.

117 Paupertas, quam votet religiosus, non solum consistit in abrogatione illorū, quæ prælatus noluerit ei per mittere, hoc est, non est dicere: ego voueo non habere, nisi illud quod prælatus permisserit, sed multò magis, & est, vt si dicaret; ego abrrogo omne quod sunt divitiæ, & pauper solemnis efficior: ergo nullo modo adhuc cum licentia superioris, potest aliquis religiosus vti peculio cum libertate.

118 Vt sit religiosus proprietarius cum peculio de licē-

tia prælati, non est necessarium appropriare sibi peculium tali modo, quod illud faciat sibi proprium, iure, & in re, quia hoc nūquam potest evenire, & sic vitium proprietarij consistit in appropriatione peculij, ita, vt si esset proprium, seu si haberet ius aliquod pecuniariū, illo vtēdo ad suam voluntatem: ergo proprietas, aut paupertas religiosi non consistit in eo, quod habeat peculium, sed in vsu, aut abusu dicti peculij.

119 Hæc doctrina traditur à P. Suarez tom. 3. de Religione lib. 8. cap. 15. num. 1. vbi ait ut sequitur: *In quo supponimus prohiberi: usum proprietariorum, in quo etiam omnes DD. convenient; quia magis necessaria est paupertas, seu modus eius in ipso usu, quod in domino: parum enim refert, religiosum non habere rem propriam, quo ad dominium, si potest pro libito, & arbitrio si de communibus bonis disponere: immo in hoc repugnantia quædam imvolvitur; nam quod haberi possit votum non habendi usum proprietariorum, retento domino, facile, & optime intelligitur; quia potest retineri facultas*

ligata, & impedita ad suum actū; potestque ille modus paupertatis esse interdum conveniens; at vero, è converso priuari per votum dominio, & retinere liberum usum, repugnantia est, qualis esset, habere liberum, & expeditum, sine facultate prælati. Hucusque Suarez. Ex cuius doctrina intertur: ergo licet cum licentia habeant peculium, nō sufficit hæc licentia ad usum peculij dicti, ad libitum suum, & consequenter quamvis habeant peculium cum licentia, nullo modo in dicto peculio est illis proprietas &c.

120 Ad probationem, quæ deducta fuit de significatione vocum, quæ videntur esse idem peculium in particulari, ac peculium peculiare, seu propriū, respōdetur, quod in sensu, quo ius loquitur, idem est peculium in particulari, ac peculiare, cæterū non ita est in sensu nostræ solutionis, quia hoc est peculium in particulari cum iusta causa ad usum facti tantum in rebus necessarijs; vsus qui debet esse omnibus communis aliquo medio, quod non est peculium proprium, sed communne

ne Conventus , & omnis com-
munitatis.

121 Ad doctrinā Doctissimi Nauarri respondetur, quod si illud vocat proprium, est in se
sū latissimo, quia est peculium
permisum ad usus huius religio-
sū in particulari, in quo sensu
potest vocari proprium omne
id, cum quo communitas subue-
nit de communi aliquē religio-
sum , quoniam est res determi-
nata à prælato ad talem religio-
sum in particulari. Ne amplius
fatigemur in hac materia, quæ
videri potest maiori extensiōne
ad nostrum intentum in quodā
assensu dato à Reuerendissimo
P. M. Fr. Marcelino Fernández
de Quiros in Salmantina Vni-
versitate Cathedratico , vbi de
voto solemni paupertatis egit
diffusse magna eruditione , &
illum laudat, & sequitur Reue-
redissimus Torrecilla in 1. tom.
suarum cōsultationum fol. 182.
consult. 4. de peculio. Lumbier
part. 2. fol. 460. de voto pauper-
tatis. Diana , & alij plures , in
quorum doctrinis reperietur,
peculia religiosorum non esse
propria, sed Conventuum , & in

illis habere administrationem
prælatos , & ita in nostro casu,
nec fuit, nec potuit esse simonia
& consequenter fuit adversus
modestiam religiosam in mate-
ria præsentis catus , colloquēdo
in gravissimo congressu auda-
citer vituperare illam proposi-
tionem, *inter fuditum , & præla-
tum non est simonia*. Prætefor de-
dit pecuniam ad structuram fa-
celli maioris , hic fuit actus he-
roicus , honestus , & religiosus,
non solum quia dedit commu-
ni , quod suum erat , sed etiam
quoniam reddidit Deo, quod ab
illo acceperat, sicut fecit, & di-
xit Salomon. 1. Paralip. cap. 29.
*Tua sunt omnia , & quæ de manu
tua accepimus , reddimus tibi : &*
hæc pro secundo articulo suffi-
cient.

ARTICULUS TERTIUS.

1 **V**ocales dictæ electio-
nis in nostro casu nō
commisserunt simo-
niam suffragando pro subiecto,
qui donauerat quantitatem pe-
cuniae ad structurā facelli ma-
ioris , & crucem ad sacrificiam,

& servitium Communitatis dicti conventus , quod probatur doctrina Reverendissimi Lumbierij in 3. tom. super propositiones damnatas fol 1198. sub num. 1932. vbi ait: quod vt cognoscatur , si in similibus casibus sit simonia, debent circumstantiae concurrentes considerari, videlicet, personæ, occasio[n]es tempus, & subiectum.

2 Qua propter in nostro casu , totum hoc animadvertis debet, primū communitas dicti conventus , quæ est numerosa, & gravissima constans honorificissimis subiectis , Ex-Provincialibus doctissimis , & expertis , Patribus Magistris in sacra Theologia, Examinatoribus Synodalibus, & Sanctæ Inquisitionis Qualificatoribus , Patribus Præsentatis , & Prædicatoriibus generalibus , Lectoribus actualibus sacrae Theologiæ, confessoriibus , & prædicatoriibus; omnes hi docti, & timentes Deum prædicti virtute , & præsertim observatia religiosa, quam professi fuerunt.

3 Omnes dicti Reuerendi PP. suffragati fuerunt in dicta

electione, & coram omnibus integrè deposita fuit à prætenso re dicta quantitas ad structurā, & crucem ad sacrificia: ergo dicti PP. non commiserunt simoniā; antecedens est certū, & consequentia probatur; quia si illam commississent dicti PP. aut aliqui, animadversisset eam; & in conscientia aliquod scrupulum habuissent , quo nullo modo, nec vlo respectu introisset; sed nemo tale animadvertis, nec scrupulū habuit in hac materia: ergo non adfuit simonia, nec est credibile nō animaduerisse, & ignorauisse, & quod credibile est , illos cognouisse casū vacare à simonia, & ita non habuisse scrupulum , nec arrogari debet religiosos doctos , & virtuosos incursumos fuisse clausis oculis simile absurdum , & crimen : ergo defacto cognoverunt non fuisse simoniā , & fuisse actum honestū , & religiosum, & vt tale celebraverunt.

4 Probatur hoc: quia si electores commississent simoniā, electio ex hoc capite eslet irrita , & nulla , quod usque nunc nullus dixit ; sed sic est quod, dic-

dicta electio fuit valida , & firma: ergo illi non commisserunt simoniam, maior est certa , minor probatur, quia validam, firmamque declarauerunt eam electores per præsidentem , & scrutatores in litteris scrutinij quæ continent quod sequitur: *Cum ergo electio nostra , sit recte facta , & de persona idonea , & benemerita , tam moribus , & religione , quam prudentia , & doctrina prædita , rogamus Reuerendissimū admodum P. N. Provincialem , vt eam approbare , & electum omnino confirmare , & nobis concedere dignetur , cui nos , & conventum nostrum commendamus.* Hactenus litteræ scrutinij: ergo dicta electio valida , & firma fuit ; sed si electores cōmississent simoniā, aut si eam cognouissent, seu circa materiam scrupulum habuisserent , non explanavissent eam validam, firmamque: ergo &c. Probatur vltima minor, quia id est absurdo facto aliud maius adiungere ; sed hoc non est credibile inter religiosos doctos, & timidos: ergo incredibile est religiosos in dicto calu simoniam commississe.

31

5 Sed dices: licet verū sit, non commississe electores simoniam, eam commissit P. Provincialis : ergo quamvis illi in hoc casu non fuerint simoniaci, fuit verò Provincialis. Antecedens probatur: Quia hanc electionē fecit P. Provincialis, & in ea influxit; ergo quamquam electores non fuerint simoniaci , fuit autem P. Provincialis.

6 Respondetur negando antecedens , & ad eius probationem negatur suppositum, in quo falsò supponitur P. Provincialem fecisse , nec potuisse facere hanc, nec alias electiones, quia , vt remanet suppositum ex constitutionibus dictæ religionis, PP. Provinciales, nec suffragantur, nec in dictis electionibus intromitti quæat. Qui eas faciunt, sunt (vt dictum fuit) religiosi vocales Cōventuum , & in præsenti casu patet in litteris dicti scrutinij , in decreto dictæ electionis à Præsidēte facto nomine electorum, quod post alia ait: *Die vegetissima octava mensis Aprilis anni Domini millesimi septingentesimi primi, ad consuetum tintinabulisonum capitulū ingredi-*

si sumus: Cumque locus, & tempus,
cunctis placuisse, protestatus sum,
me nullum admittendum excludere
velle, nec excludendum admittere,
invocata ergo Spiritus Sancti gra-
tia, qui attingit à fine, usque ad fi-
nem fortiter, & disponit omnia sua
viter, cuius nutu cuncta reguntur,
& gubernantur, & accepto commu-
ni modo procedendi per schedulas,
iuxta Sancti Concilij Tridentini
sanctionē, & nostrarum seriem
constitutionum, omnibus denique,
& singulis præmissis, quæ in huius-
modi electionibus præmitti debent;
& solent, ego cum duobus scrutato-
ribus, ad mensam coram omnibus
positam accessimus, ibiq; vota om-
nium, & singulorū in schedulis ac-
cepimus; acceptis, numeratis, atque
apertis, & demum lectis nomini-
nibus eligendorum in scripto tradi-
tis, atque ad numerum collatis, in-
ventum est quod P.N. à maiori par-
te, ultra medietatem per predictas
schedulas in electione nominatus
fuit; nam cum essemus quadragin-
ta, & unum, habuit quadraginta
vota, & P.A. unum; tunc ego cum
predictis scrutatoribus ad medium
Capituli veniens, & librum nostra-
rum constitutionum tenens formar-

vi hoc modo decretum. Ego frater
B. præsidens huius Capituli eligo
vice præsentium electorum Patrem
N. in Prælatum huius conventus in
nomine Patris, & Filij, & Spir-
itus Sancti. Amen. Ecce decretū
prædictæ electionis: ergo dicta
electio facta fuit nō à Patre Pro-
vinciali, sed à religiosis vocali-
bus; sed vocales non commis-
serunt simonia: ergo nec P. Pro-
vincialis eam commisit; ad illud
quod dicitur Patrem Pro-
vincialem influxisse; Responde-
tur, dato, & non concessio; plus
influxisse vocales, à quibus facta
fuit, & adhuc simoniam non
commiserunt: ergo casu, quo
influeret P. Provincialis, eam
non contraxit, & potiori ratio-
ne incursum fuerant electores.

7 Sed instabis: licet verum
sit Provinciales nō efficere elec-
tiones physice, eas moralitur fa-
ciunt, quia vocales per contem-
plationem, aut timorem faciūt,
quod Provinciales volunt, & se-
pius violenter solicitando suffra-
gia, & exigendo, aut præci-
piendo religiosis, ut pro quo P.
Provincialis vult, suffragentur:
ergo in hoc casu P. Provincialis
fe-

fecit electionē, quia vocales nō fecerunt, quod voluerunt, & consequēter quamvis vocales, quia fuerunt violenti, nō commisserunt simoniam, eam cōmisit P. Provincialis, quoniam operatus fuit ad suam voluntatem.

8 Respondeatur i. quamvis sit verum, quod non nunquam euenire potest Provinciales operatos fuisse tali imprudentia contra suas leges, & cōstitutiones, & etiam contra cōscientias afficiendo vocales violentia, & hos per contemplationem, aut formidinem fecisse in electionibus, quod Provinciales voluerint, quod monstruosum est, & improbum videtur; non autem est verosimile hoc facere, nec posse in conventibus, tam numerosis communitatibus, & tam grauibus subiectis, sicut hæc, in qua euénit noster casus, quia hoc est deficere vrbanitati, & respectui debito talibus Patribus; & operari evidenter adversum vrbanitatem, & cōscientiam, & cum essent religiosi tam graves, aut nō permetterent, aut reclamarent,

sed nec reclamarunt, nec conquæsti fuerunt, quoniam omnibus placuit: ergo Hæc minor quo ad primam partem omnibus nota est; quo ad secundam verò probatur, quoniam manifestum est, quod in eadē occasione cum P. Provincialis consultaret Reverendissimum Patrem Ex-Provincialem, qui erat vocalis gravior, & primarius illius cōunitatis, & dixisset hæc verba: *Videtur cōunitatem vele eligere N. Quid videtur vestræ Reverendissima Paternitati? Est quid congruum?* ad quod retulit dictus Reverendissimus Pater Ex-Provincialis benignissime, *michi videtur optime, & esse congruum, & ego ingredior cum magno placito:* ergo P. Provincialis nec physice, nec moraliter fecit electionem; sed vocales illā fecerunt, & consequenter si vocales simoniam non commiserunt, nec P. Provincialis eam commisit.

9 Respondeatur secundò esse omnino falsum Patrē Provincialem exigisse suffragia ad dictam electionem, neque rogavisse, nec alicui præcipisse, vt

pro illa suffragaretur , nec hoc potest fieri , potius erant tales , & cum tā magna resolutione dictum subiectum versūs , aut esse pro illo , vt ne alter eligeretur , quod esset difficilimum , quamvis solicitaretur , suadere vocales ad aliud. Immo ex hoc capite esset nulla , & irrita electio ; sed sic est quod ijdem electores eam declaraverunt validam , & firmam : ergo P. Provincialis eam nō fecit , nec petivit , nec rogavit , neque vocales solicitavit.

10 Et etiam , quod vocales non operarētur cum formidine constat , quia hæc non poterat esse talis in religiosis tantæ gravitatis , vt eis auferret libertatem ad suffragandum : ergo si vocales pro illo suffragati fuerunt , fuit liberè , & absque violentia P. Provincialis ; immo si fecissent formidine , licet hæc esset reverentialis , electio fuisse nulla , & nullius valoris ; sed electio fuit valida , firmaque , vt eam vocales declaravere : ergo operati fuerunt in illa cum plena libertate. Maior probatur cū doctrina Emmanuclis Rodri-

guez in quæstionib. regular. tomo 2. q. 51. art. 10. vbi interrogat , vtrum elec̄tio debeat esse libera ? Et vt sequitur respondit : *Respondeo dicendo , quod elec̄tio facta metu , est ipso iure nulla , per textum ab aliquibus singularem reputatum , adeo , quod omnis metus etiā reverentialis in foro cōscientiae facit electionem nullam : iuxta tradita à Doctissimo Nauarro . Hactenus Rodriguez : ergo dicta elec̄tio fuit libera , & P. Provincialis nullam violentiam fecit , & consequenter si electores simoniam nō commiserūt , vt ex dictis patet , potiori ratione eam non commisit P. Provincialis.*

11 Sed iterum dices cum M. Hozes apud Torrecillam in suis cōsult. tom. 3. in Apologet. responsione fol. 466. num. 33. ex cap. tua nos de simonia , vbi loquens Pontifex de quodam Clerico , qui donabat bona sua cuidam Ecclesiæ Cathedrali , vt eum admitterent Canonicum , ait : esse simoniacos tā prætentorē , quā cæteros Canonicos , qui ilū admitterēt : ergo in nostro casu cū vocales admissisēt , & elec̄-

gissent prætensorem, quoniam donauerat dictam quantitatem. Ecclesiæ, sequitur hos vocales fuisse simoniacos.

12 Respondetur ex dictis, & etiam ex M. Hozes, & Torrecilla, quod in dicto casu, Pó-tifex damnauit, vt simoniacos dictos Canonicos, quia dicta bona accipiebant, vt pretium dignitatis Canonicæ, quod est finis honestus, & decens, & sine vicio simoniae: ergo licet electores in nostro casu eligerent in prælatum prætensorem, qui dederat pecuniam, non ideo dicti electores fuerunt simoniaci.

13 Secundò circa electores nostri casus debent considerari occasio, & tempus, de quo in necessitate ait cardinalis Toletus in indice summæ lit. N. considerandum est, necessarium tam pro præsenti, quam pro futuro tempore. Sic Toletus. Et in nostro casu dicere possumus,

quod debetur considerari non tantum tempus præfens, & futurum, sed etiam præteritum, qua propter diximus, structurā facelli maioris à tempore virginis annorū, & ultra inceptā fuisse, nec spē esse, vt continua-retur, nec consummaretur propter indigentiam Conventus: ergo intuitu huius necessitatis urgentis, & gravis, valuerūt electores sine macula simoniae Prælatum facere prætensorem, qui remedium dedit dictæ necessitatibus.

14 Probatur: quia, vt diximus supra cum Doctissimo Diana, & alijs, in casu gravis necessitatis potest, & debet dari pecunia Sacerdoti, vt administret Sacramēta; sed sic est quod alias hoc effet vitiolum, & simoniacum: ergo in nostro casu, quam alias effet simoniacum eligere prætensorem, qui donaverat dictam quantitatem, consideratis occasione, & gravi necessitate, haec sola, seclusis alijs rationibus, sufficiens videbatur ad reueandos dictos electores à macula simoniae.

15 Probatur etiam cum I Doc-

Doctissimo Emmanuel. Rodriguez in eius quæstionibus regular. tom. 2. fol. 538. (in indice cum errore 338.) quæst. 109. art. 1. num. 2. vbi sic ait: quod Episcopus tempore interdicti propter aliquā gravē necessitatē poteſt ordines celebrare, cū necessitas careat lege: ergo gravis necessitas iustificat quod alias vitiosum foret.

16 Probatur etiam cum Illustrissimo Espejo Episcopo Malacitano in suo tom. viſuræ personalis fol. 428. cap. 853. nu. 6. vbi ait, vt sequitur: ducor secundò ex communī regula cap. quod non est, de reg. iur. vbi dicuntur: necessitatem licitum facere, quod absque illa licitum non erat, & quia casus necessitatis in qualibet prohibitione, seu dispositione semper censetur exceptus, eatenus Illustrissimus Espejo: ergo noster casus licet alias esset vitiosus, attenta gravi necessitate, fuit licitus, & ea met necessitate ab omni malitia simoniaca exceptus: ergo electores immunes à tali crimenе, quamvis suffragati fuissent pro prætensore, qui donaverat

pecuniam ad dictum effectum structuræ, attentis necessitate, tempore, & occasione, manet.

17 Tertiò considerari debet prætentor, qui erat filius professionis illius domus, & Conventus, & ille suo bono animo, & religiosa applicatione fecit alia plura opera, non tantum in dicto Conventu, sed in alijs Provinciæ in adiutorium aliquorū operum considerabilium contribuit aliquas quantitates pro eleemosyna; quia religiosus est locuples valde habens maximum peculium, & redditus excretos, quos ei Religio permisit, quoniam semper illos bene erogatos vidit; hoc omnibus constitut taliter, quod tantummodo his rationibus unus quicunque subiectum cognoscet.

18 Nunc ergo, cum hoc ita sit; electores simoniam non contraxerunt sumendo dictam quantitatem ad structuram, cū esset pecunia subiecti, & probatur: quia subiectū debebat dare dictam quantitatem pecuniae, & quia erat filius illius Conventus, & quia pecunia non erat sua, sed Conventus, & propter
vr-

vrgentem necessitatem, ad cuius remedium non erat aliud medium, & etiam quia dictum peculium erat, & est maius omnibus peculis omnium religiosorum simul, & quia dicta pecunia non egebat ad degendam vitam: ergo in tali calu aspicio praeceps subiectum debebat dare pecuniam, & religiosi vocales absque vitio simoniae potuere eam sumere.

19. Probatur etiam precepto communi subveniendi necessitatibus, quod in hoc casu subiectum plus obligabat, quam in aliis, ut ex dictis constat: ergo sine aliquo vitio valuerunt sumere dictam quantitatē. Probatur antecedens ex Cardinali Toleto: in summ. fol. 873. num. 3. vbi ait: *Propter bonum communne tenetur quis proprium negligere: Ergo si dicta structura, ut patet ad bonum cōmune illius Conventus pertinebat, dictam pecuniam debebat dare, & eam ratione electores valverunt sumere eam sine simonia.*

20. Item probatur ex Divo Hieronimo; & habetur in

decret. distinct. 42. cap. 1. *Aliena, inquit, rapere convincitur, qui ultra sibi necessaria, retineri, probatur. Etiam ex Divo Ambrosio & habetur distinct. 47. Canone sicut quod; plus quam sufficit, inquit, ad sumptus, violenter obtentum est, non minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis, indigentibus dengare, & inferius: Esurientum est panis, quem tu detines, nudorū est indumentū, quod tu recludis: miserorū redēptio est pecunia, quā in terra defodis: tot ergo scias, te inuaderē bona, quot possis præstare, quod velis. Sic Ambrosius, etiā ex D. Augustino super psalmū 147, superflua (inquit) diuiti, necessaria sunt pauperi, aliena rapit, qui ista detinet, sic Augustinus. Etiam ex Divo Bassilio, qui ait: Quod dines ille damnatus est, quia nesciebat se ex precepto teneri, superflua distribuere in pauperes. ita Ba filius. Etiam ex Diuo Christolomo homil. 34. ad populum Antiochenum, vbi ait: *Divites habentes superflua esse aeconomicos in Dei familia, & ex precepto teneri distribuere ea in pauperes. Sic Christostomus. Nunc ergo: ex**

tot Sanctorum Patrum testimonijs constat, quod cum religiosus iste esset diues, & tot bonis, & pecunijs superabundans, & cum Conventus sit inops, & virginis necessitas structuræ omnino absque spe remedij ex alia parte: dictus religiosus debebat dare dictam pecuniam, & religiosi vocales absque aliquo vitio valuerunt accipere, & consequenter sine simonia potuerunt sumere. Et hæc pro tertio Articulo sufficient.

ARTICULUS QUARTUS.

Quartus, & ultimus Articulus est circa prætentorē, qui dictam quantitatem donavit, & quamvis in 3. Articulo loquendo de electoribus aliquid diximus, hic breuiter, sub altera formalitate iterū de hoc agemus. Præterea, qui dictam quantitatem donavit ad structuram, & crucem ad sacrificiam nullum contraxit vitium, nec fuit simoniacus. Probatur cum Doctissimo Lumbierio to. 3. pp. damnat. fol. 1190. sub

num. 1923. vbi, vt sequitur ait: tertio, quia Divus Thom. citatus à Guimenio 2.2. quæst. 100. articul. 3. ad 2. hæc dixit: *Illi, qui dant eleemosynas pauperibus, vt orationum ab ipsis suffragia imprentent, non eo tenore dant, quasi intendentes orationes emere; sed per gratuitam beneficētiā pauperum animos provocant, ad hoc, quod pro eis gratis, & ex charitate orient.* Hucusque Divus Thomas, ex cuius doctrina prosequirur, & ita infert idem Lumbier.

2. Ergo idem videtur posse dici de eo, qui procurat aliis donationibus mouere animum daturi spirituale, vt illud det, non pro talibus donationibus; sed vt excitatus ab illis, donet illud motivo honesto, pro quo valet licet illud dare, & ex omni hoc ratio à priori potest esse, quia cum simonia consistat in emptione, & venditione, & in quocumque alio contraria non gratuito necessario, vt alter præbeat mihi rem, pro qua ego do ei pretiū, vel quasi pretiū illius; atqui, qui excitatus à modicō præstat beneficiū, nō illud præstat, pro eo quod e-
go

go præbeā ei; sed quia excitatus ab illo, quod ego do ei, facit pro motivo honesto, pro quo potest, & debet facere: ergo ibi videatur non posse esse simoniam. Haec tenus Lumbier. & benè ad nostrum propositum.

3 Nunc ergo: si noster prætenor dedit quantitatem ad structuram: ergo illam non dedit, eo animo, vt emeret officiū, id circo: quare dicēdum est, voluit cum ea emere, & quod voluerunt ei venundare? Quod ad summum potest dici, & intelli-
gi, voluisse cum eleemosyna, & bono opere cōplacere; sed hoc, vt ex doctrina tradita constat, est finis honestus, decens, & religiosus sine labe simoniae: ergo prætenor dando quantitatem, quam dedit ad structuram, non fuit simoniacus.

4 Non semper obsequia, adhuc cum nō sint ad pia ope-
ra, & ad servitium Dei, & eius Ecclesiae, vt istud fuit in nostro casu, sunt pretium, nec moti-
vum intrinsecum ad dandum spirituale, de quo agit extensem
P. Thom. Sanchez tom. i. Cō-
filior. lib. 2. dub. 28. loquens de

35

obsequijs, quæ faciunt familiæ-
res, qui seruiunt Dominis Episcopis, & in num. 7. ait vt sequi-
tur: licet valde scrupulosum sit,
& suspitione simoniae non ca-
reat, si quis serviat Episcopo
gratis, eo quod sperat ab eo be-
neficiū, at si non speret, vt mer-
ces servitij, sed gratis, & ex
benevolentia, & gratitudine, li-
cet principaliter speret benefi-
ciū, non est simonia. Hoc usque
Sanchez; nunc ad nostrum
casum, certum est nostrū præ-
tenorem sperare officium, quā-
do ad structuram dictam quan-
titatem dedit, id circo nunc, ca-
su, quo istud obsequium esset
ad gratificandum, si simul fuit
ad structuram Ecclesiae: ergo
nō fuit ad emendum officium,
quamquam speraret illud, sed
ad summum præstitit obsequiū
Deo, Conventui, suæ Ecclesiae
ad complacendum; sed sic est,
quod iuxta tradita non declara-
tur simonia: ergo noster præte-
nor dictam quantitatē ad struc-
turam præbendo, eam non cō-
traxit.

5 Probatur etiam ex doc-
trina silvestri verbo simonia nu-

8. ubi ait: *tertia regula est, quod ad evitandam simoniam coram Deo, & in conscientia sufficit quod quis non intendat pro spiritualibus, vel eis annexis aliquid recipere quasi pretium.* Hactenus Silvester; nunc ergo: *noster prætentor dixit ante donationem, in eius actu, & post ea se donare dictam quantitatem ad structuram facili maioris, & compluriēs hāc expressit intentionem, & voluntatem: ergo eius animus non erat illam dare, vt pretium officij, quod sperabat, neque aliter debet interpretari, nec intelligi circa intentionem, seu voluntatem clare expressam; sed donare cūm hac formalitate, non inducit simoniam: ergo dando dictam quantitatēm prætentor eam non contraxit.*

6 Demūn: Doctissimus Machado tom. 1. lib. 3. part. 3. docum. 4. num. 2. citando Sotum, Victoriam, Suarez lib. 4. de Religione cap. 44. Filucio Valencia idem sentit, & dictus Machado docum. 1. num. 3. ait: *necessarium est aliquod pretium temporale intervenire, quoniā*

aliter, nec erit emptio, nec venundatio, nec propriè simonia, hucusque Machado citando ibi iura: ergo in nostro calvū prætentor dedit quantitatē ad structuram: ergo illam non dedit vt pretium spiritualis; deinde eam non dedit, vt motivum intrinsecum, neque, vt finis principialis: ergo eam non dedit in forma, qua ad contrahendam simoniam valeret, & deberet dari: ergo de primo ad ultimum donatio dictæ quantitatis fuit actus honestus, religiosus, & Deo gratus, & non est iustura eam maculare in positionibus ægris colorando verbis fucatis, & dolosis opus factum alio fine; sed vociferando clamat veritas, & sinceritas, quibus facta, & accepta fuit donatio, *Lapides clament de Pariete* illam vacuisse à crimine simoniae, quia animus prætentoris primarius, & intrinsecus fuit donationem facere in tuitu cultus Dei, & necessitatis Ecclesiæ, & sic immunis est à la be simoniae.

7 Hic Articulus concluditur afferendo optimam legum interpretem esse consuetudinem,

maximè quando eam observat
viri timorati, & docti, & sic cō-
fuetudo plurium Prælatorum
actualium est donare canonica-
tus familiaribus propter obse-
quia, & plures famuli docti ser-
viunt hac spe, licet ut dictum
manet, neutri animo accipien-
di, nec dandi, nec serviendi ut
premium, neque ut motivum in-
trinsicum. Et idem accidit in
religionibus, vbi est communis-
sum præbere officia eodem
modo sine iabe simoniae; prop-
ter quod non debemus damna-
re quos inverimus immunes à
culpa, quia ut ait Reuerendissi. F.
Ludovicus à Conceptione tom.
1. in tract. de obligatione denū-
tiandi in 2. illat. nu. 32. *Adquid*
ergo scrupulis pungendi sunt, quos
ne di m ratio, ne dum doctorum ma-
ior auctoritas; sed etiam us ipse
confuetudo que fidelium timorato-
rum à simoniae labe excusat. Hu-
cūque Reverendissimus à Cō-
ceptione.

8 Audiamus Illustrissimū
Caramuelem in Theologia Mo-
rali lib. 2. num. 864. cuius verba
refert Lumbier tom. 3. fol. 1191
num. 1925. & sic fatur, *Si scrip-*


tor scrupulosus sit, nulla erit circūs-
tantia ab hoc contagio libera, si au-
tem audientior ipsius simoniae, con-
ceptus erit idea Platonica ut dici-
tur, quæ non reperitur in rebus. Hu-
cūque Caramuel, & in spiciens
torvis oculis factum propositū
miserè labitur in errore primo
notato à Caramuele, si obcaecat-
us asserere ausus fuerit non va-
care à simonia. Et circa hoc nō
procedamus, nec amplius dica-
mus.

9 Sed iustum est ad mone-
re, quod nunquam esse potest
utilem iaculari propositiones
ad aurā, licet plus dissimu-
lentur quando noxiæ sunt, &
non parum periculose, & præ-
fertim publicè in congressibus
gravibus, quia hoc non potest
bene videri, nec confonare, si
quidem est deficere graviter in
charitate, & non minus in iuri-
tia, quia nullus erit vir prudens,
nec scriptor bona intentione
præditus, qui vim faciat ad con-
demnandum quod potest sal-
vari. Sic docet Reuerendissimus
P. Torrecilla in suis cōsultatio-
nibus tom. 3. fol. 476. num. 120.
& nō omittamus quædam ver-
ba

ba D. August. Epist. 15. quæ tradit Amadæus Guimenius in præfatione dedicatoria ad Lectorē respondendo Anonimum contra opiniones RR. PP. Iesuitarū, quæ sunt ut sequitur: *Reprehendi non meruit quod recte defendi potest; & superius, si ea me reprehendis, quæ reprehendenda non sunt, te ledis magis, quam me, quod absit à moribus, ut hoc facias voluntate ladendi, culpans in me dentे maledico, quod mente veridica esse scis non culpandum.* Huc vñq Amadæus Guimenius vbi supra ex d. vo August. Et tandem hoc opus terminatur pro nunc

latens, vsque dum occasio adfit, qua omnibus detegi debeat; interimque doctioribus tantum abditè videndum, & mittenendum, vt supra ipsum suam adaperiant mentem, cuius laboris motivum ex eius cōtentu aliud non fuisse intelligitur, nisi pro pugnare veritatem adversus simulatam voluntatem; nec fuit animus evidentiam querere casui, sed demonstrare esse probabilem, subiçiendo quid quid dictum est Doctorum correctioni, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ declarationi.

FINIS.



EPISTOLA IDIOMATE HISPANO SCRIPTA, CVM IUDICIO SER-
mone latino subscripto circa casum propositum, & eius dictam resolutionem, à Reuerendissimo, atque eruditissimo Patre Magistro Fratre Didaco Fernandez, Sacri Ordinis Beatisimi, Seraphicique Patris Francisci Regularis observantiae, in suo Religiosissimo Conventu Bia- censi dignissimo, atque semper laudando Sacrae Theologiae emerito Lectorе; cuius ingenij accumen, differendi elegantia, docendique facili- tatis, ingenti plausu, licet nunquam satis laudabili, omnibus nota est,
& lypis, & tonsoribus aperta.

R. P. M.

COn el cuidado, y diligencia, que la materia pide he visto el papel; y asseguro ingenuamente à V. Rma. que las doctrinas

nas abundantemente convencen ; y las respuestas satisfacen. La resolucion se deduce elegantissimamente de los fundamentos alegados , y la tengo por muy cierta , y segura ; y con la presumpta licencia, y venia de V. Rma. puse essa corta insinuacion de lo que me ocurre à favor de la verdad de dicha resolucion; no porque adelante en algo los fundamentos alegados de V. Rma. mas para mayor extencion, y confirmacion de la verdad. Si à V. Rma. placa, que me ocupe en otra cosa , tengo la voluntad obediente , y prompta à los mandatos de V. Rma. siempre pidiendo à Dios N. Señor la perfecta salud de V. Rma. q me lo guarde muchos años. Baeza, y Junio 19. de 1705.

B. L. M. de V. Rma.

Su mas rendido, y aficionado servidor.

Fr. Diego Fernandez.

TOtam adducti casus resolutionem haud in consideratè legi, & perlegi; ingenuèque fateor, esse valdè conformem communi Doctorum, & Magistrorum de Trinæ , authoresque pereruditè, ac doctè, tūm excerptis, tūm ex probabilitibus, satis probabilitè convincere , prærelatam elecciónem simoniacā nullatenus fore. De hac labo quæstio est, (de alijs foribus, quibus electus magulari potuit, non est sermo, & merito, quia ad interna cordis spectant, quorum solus Deus scrutator est:) igitur : de labo simoniae loquens, docet Author , in prærelata eleccióne nullam simoniam fuisse. Huic conclusiōi subscrivo , & assentio libenter, tūm ob rationes , & authoritates ab Authore adductas tam probando, quā obiectionibus respondendo; tūm etiā ob rationē apponendā, capta prius humiliter venia à tāto Magistro. Pro cuius cap-

tu notari opportet, quod multiplex est Prælati localis munus. Primum animas subditorum respicit, & est spiritualis boni, & profectus animarum sibi commendatarum fatagere: Secundum munus ad corporalem vitam ordinatur, & est curam solicitam gerere pro fratribus subditis alendis, induendis, pro illisque in necessariis ad hanc vitam degendam subveniendo. Tertium munus ad domum habitationis ordinatur, & est diligens attentio, ac applicatio vèl ad reparanda imminentia, vèl collapsa instauranda, vel necessaria, & utilia de nouo erigenda: cumque Ecclesia sit principalior coenobii pars, vbi Deo V.M. cultus debitus exhibetur, diuinæque laudes persolvuntur; hinc est, quod munus est Prælati localis curam gerere, & quæstus facere pro necessaria, & utili instauratione, aut erectione Ecclesiae, vel partis illius. Insuper notari opportet, quod religiosus, cui ex superioru licet pecuniae vñus, si Prælatus instituatur, potest prædicta munera ad implere media ea pecunia sui vñus, quam proprio labore acquisivit, vèl à parentibus, sive consanguineis, aut amicis, benefactoribus vè accepit. His praictis.

Sic resolutionem probo: solummodò quando aliquid temporale datur pro spirituali vt pretium, vèl vt motivum intrinsecum, aut vt gratuita cōpenſatio adeſt verè simoniae labes, (*sec communiter DD.*) quocumq; enim alio titulo detur, & accipiatur immunitas ab huiusmodi labore reperitur; sed in prædicta pecuniae traditione non appetat ratio pretij, nec motivi intrinseci, nec gratuita compensationis, sed ratio medij ad munus prælaturæ adimplendum: ergo in prædicta pecuniae traditione non fuit simoniae labes. Major innegabilis est, quia si datur, & accipitur temporale pro spirituali vt pretium, velut motivum intrinsecum, aut gratuita compensationatio, simonia à nemine negari valet; si verò alio titulo datur, & accipitur, constat ex Authorum placitis, quod non est labes simoniae. Siquidèm aliqui Authores dare, & accipere defendunt absque simoniae labo, si tali titulo detur; alij stant pro alio titulo, ita

ita ut pro quolibet titulo alio à pretio, motivo intrinseco, & gratuita compensatione, stant Authores aliqui excusantes à simonia. Minor, in qua potest esse difficultas, probatur sic: illa pecuniæ traditio huius per se, & directè ad erectionem Capellæ maioris, ut ex facto liquet, sed in pecuniæ traditione, quæ per se, & directè ordinatur ad tale opus non apparet ratio pretij, nec motivi intrinseci, nec gratuitæ compensationis pro re spirituali, sed ratio medij ad munus prælaturæ adimplendum: Ergo &c. Minor quo ad secundam partem liquet, nam erectione cappellæ maioris ad munus Prælati pertinet, ut dictum manet, nullusque negauit: pecunia autem tradita in ordine ad talem erectionem ex natura talis ordinationis explicat, & importat rationem medij ad erectionem, ut ex se patet: ergo pecunia sic tradita, & ordinata dicit rationem medij ad munus prælaturæ adimplendum. Minor quo ad primam partem ostenditur sic: pecunia induens rationem pretij, motivi intrinseci, aut gratuitæ compensationis pro re spirituali per se, & directè respicit, ac ordinatur ad rem spiritualem; sed pecunia tradita, & ordinata ad erectionem Capellæ maioris, (etiam sub conditione eligendi tradentem in prælatum) non dicit per se, & directè ordinem ad rem spiritualem, solum enim eam indirectè respicit, ut ex se claret: ergo pecunia in casu apposito, sic tradita, & ordinata non dicit rationem pretij, nec motivi intrinseci, nec gratuitæ compensationis pro re spirituali. Vnde apparet, quod finis, & motivum intrinsecum traditionis pecuniæ fuit erectione Capellæ; Prælatio autem solum ut conditio se habet. In electoribus apparet etiam, ex relatis ab Authore, quod finis, & motivum intrinsecum electionis fuit dignitas, ac idoneitas electi; traditio vero pecuniæ tantummodo conditio, & motivum extrinsecum excitans. Nunc sic:

Si in prædicta pecuniæ traditione sic ordinata explicatur solum ex vi talis ordinationis ratio medij ad munus illud inadæquatum Prælati ad implendum: ergo nulla fuit simonia labes. Conse-

quentia tenet ; quia exhibere media ad munus prælaturæ adimplendum nequit esse simoniacum; imo censeri debet meritorium. Præterea, quis, inquam , afferuit, quod regularis, alias dignus , & idoneus ad prælationem quò ad munus spirituale, si ofiterat, & tradat media ad munus prælati temporale adimplendum , sub conditione, si eligatur, simoniā incurrat? Aut quæ lex prohibet, quod offerantur , & dentur media admunus temporale prælati impletum, sub conditione quòd offerens , & dans eligatur, si alias dignus , & benemeritus existat? Nulla re vera aſsignari potest : quam obrem dicendum iudico, quod ifte offerens , & tradens media ad munus temporale Prælati impletum , si alias dignus reputatur, & idoneus ad munus spirituale, non debet esse , nec haberi propter talem oblationem , & traditionem peioris conditionis erga electionem, quam non offerens, nec tradens: imo melioris conditionis, siquidem in re animum ostendit suum ministerium impledi; item, præ alio, cæteris paribus , eligendus est , quia communiat profectior.

Roboratur amplius: si regularis aptus , ac idoneus ad præfecturam, in Conventu congrua sustentatione carente offerat, & tradat media pro religiosis alendis, & induendis , si ipsum in prælatū eligant, & defacto in eo fiat electio,inquiero: aut electio effet simoniaca, aut non? Primū nequit dici, quia apud omnes est certum, quòd in collatione spiritualis potest dari , & recipi temporale pro sustentatione , & circa illud temporale pactum inire : ergo licet in illa electione subiecti apti, & idonei dari , & recipi temporale pro sustentatione , & pactum de illo temporali inire. Imò semper in electionibus reperitur pactum initum saltem virtuale de alendis, & induendis subditis : ergo licitum est exprefſè pactum inire pro ſu, & indumento subditorum. Insuper , nequit talis electio nota simoniæ inuri , quia in illa traditione mediorum pro congrua fratriū sustentatione nullatenus est emptio, aut veditio, sed ſolūmodò est anticipata proviſio ad muneris impletionē, quæ licita eft: ergo illa:

illa electio simoniaca non esset. Tunc sic: ergo electio , de qua in præsenti, simoniaca nō fuit. Patet cōseq. quia sicut est munus Prælati frates alere, & induere, etiam est munus Prælati collapsa domus, aut Ecclesiæ instaurare, & alia, quæ necessaria iudicentur erigere: ergo si licet absque simoniæ labe tradere pecunias ad alienados, & induendos fratres , quia illæ pecuniæ nō sunt pretium prælaturæ, sed illius muneris adimplatio , etiam licet pecunias tradere ad erectionem necessarij operis , quia non traduntur vt pretium Prælatiæ, sed ad munus Prælati implendum.

Vrgetur ratio: licet absque simoniæ labe pactum inire cum subiecto eligendo , alijs apto , & idoneo ad prælationem , quod exactè impleturus est suum munus tam quò ad spiritualia , quam quò ad temporalia, & quod de pecunia sui usus subveniat temporalibus necessitatibus , quia iuxta doctrinam traditam à Bonacina ex Doctorum placito, licet absque simoniæ labe cum subiecto, cui beneficium conferendum est, pactum inire demunere annexo beneficio adimpliendo : ergo licet absq simoniæ labe tradere , & accipere pecunias promunere prælatiæ annexo adimplédo. Cōseq. suadetur, quia in hac materia, quod licet absque simoniæ labe pacisci, licet absque simoniæ labe in re ponit.

Omnia dicta deducuntur ex doctrina, quam tradit Bonacina, tract. de simonia, nullo Authore contradicente; igitur hic Doctor defendit, & docet, quòd ad conferendum officium Ecclesiasticū, licet absque simoniæ labe pactum inire de traditione, & receptione illius, ad quod ex officio tenetur, sive obligatur ille, cui confert officium; sed Prælatus quilibet regularis ex officio tenetur, & obligatur ad subveniendum necessitatibus tūm fratrum, tūm cœnobij, quò ad materiale, tūm Ecclesiæ cœnobij : ergo licet absque simoniæ labe cum eligendo pactum inire de traditione , & receptione pecuniaæ ad ea, quæ ex officio tenetur, & obligatur.

Denique: omittere non valeo quoddā documētum valdè prudens, rationale, ac pium, quod ex Bonacina tradit meus Doctissimus

mus Bartholomaeus Mastrius in suo cursu Theologico morali, dis-
put. 14. quæst. 3. articul. 2. audiatur: ad cognoscendum in foro interno, an res temporalis tradita sit pro re spirituali per modum pre-
tij, iudicium ferendum est ex assertione delinquentis, ipsius enim
testimonio standum est, quia culpa simoniæ magna ex parte pen-
det ab intentione operantis, cap. *Tua nos de simonia*. Loquendo au-
tem de foro externo (notentur sequentia) seu quo ad alios, qui de
actione alterius iudicium ferre debent, ait: inspiciendum esse, an
ad sit aliquis titulus probabilis tradidi rem temporalem, qui simo-
niacam labem non contineat, & eius suspicionem purgare possit,
ut est titulus sustentationis debitæ operario, aut titulus redimendæ
vexationis, aut laboris, aut liberalitatis, & similes; & si aliquis ex
huiusmodi titulis intercedat, tunc presumendum est pecuniam,
vel rem aliam pretio æstimabilem non dari tanquam pretium rei
spiritualis. Ratio est: quia quilibet ius habet ad bonam famam, &
opinionem, cum in illius possessione existat: ergo nisi oppositum
conferet, vel ex sufficientibus cœiecturis colligatur, presumendum est
innocens, & immunis à delicto. Hæc meus Mastrius ex Bonacina.

Vbi animadvertant oppugnates, si modo dicto debent se ha-
habere illi, qui iudicium ferre debent, sive illi, qui ad iudicium fe-
rendum tenentur: quid illi, qui nō debent? Si in prædicto casu tot
adsunt tituli probabiles, qui simoniacam labem non continent, &
eius suspicionem purgare possunt: qua ergo conscientia prædicta
electio à labe simoniæ non purgatur, sed labe simoniæ infecta af-
seritur? Hæc sufficient, & ab alijs pro nunc supersedeo, ne molef-
tè immorer. Verum ni fallor, quamvis resolutio satis abunde fir-
mata teneat, fundamentum hoc hāud debilitè suadet. Vnde ite-
rū assero, quod resolutioni Authoris subscribo, & firmiter assen-
tio; subiectus tamen omnino correctioni, & declarationi Sacro-
sanctæ Matris Ecclesiæ. Et falvo semper meliori, &c. In hoc Cō-
ventu S. P. N. Francisci Biacensi, die 19. Iunij annij 1705.

Frater Didacus Fernandez.

EPIS-

EPISTOLA IDIOMATE HISPANO SCRIPTA CVM IUDICIO SER-
mone latino subscripto à Reverendissimo, & doctissimo, semperque,
& nunquam satis laudando, celeberrimo que Magistro Fratr. Martino à Torrecilla omnium scientiarum accutissimo professore, experien-
tia teste, Ecclesiae fructuofissimo scriptore, cuius ingenij acuimē in om-
nibus apprimē elucet, in quibus tanti viri maturitas, & prudētia ma-
xime vigent, ab omnibus communī consensu in suis operibus receptissimo,
atque huius seculi sydereo fulgore micanti, in suo religiosissimo,
& observantissimo Matritensi Conventu Divi Antonij Ordinis Sacri
Beatisissimi, Seraphique Patris Francisci RR. PP. Capuccinorum Sa-
crae Theologiae dignissimo Lectore, ac Generalis Inquisitionis Quali-
ficatore, Castella Provintia Ex-Provinciali, atque Ex-Difinitore ge-
nerali totius sui sacri Observantissimi Ordinis.

R. P. M.

Muy señor mio, he visto su eruditissima resolucion, que ef-
 tā efficacissimamente defendida: Vá mi sentir al pie de
 dicha resolucion, y no me dilato mas, porque no ando
 bueno, y porque basta, y sobra lo que V. Rma. alega en su defen-
 sa; quedo empero muy a los ordenes de V. Rma. para quanto me
 quisiere mandar; cuya vida guarde nuestro Señor muchos años
 como deseo. Madrid, y Agosto 20. de 1705.

R. P. M. y muy señor mio.


B. L. de V. Rma. su menor Cap. y mas Af. servidor.

Fr. Martin de Torrecilla.

VIsa dicta consultatione, & attentè considerata resolutione
 ad eam, sentio, & probabiliter dico (licet breviter ob te-
 poris angustiam, & infirmam valetudinem) electionem
 prie-

præfatam fuisse validam , & immunes à labe simoniae , non solum
præfatum Provincialem , sed & electores , & ipsummet electum ,
qui obtulit præfatam quantitatem ad perficiendum præfatū opus
maioris facelli: ob fundamenta , quæ benè allegat pro eius defen-
sione eruditissimus Magister , qui eam resolvit , & nervosè defen-
dit; sic sentio , salvo in omnibus meliori iudicio. In hoc Conventu
Sancti Antonij Capuccinorum Marrati die 20. Augusti 1705.

Fr. Martinus à Torrecilla.



*JUDICIVMD. D.D. LUDOVICI DIAZ LASSO IN VNIVERSITATE
Toletana Sacræ Theologie Decani, atque Primarij; Ecclesiae Parro-
chialis S. Vincentij Martyris eiusdem urbis Rectoris, & Sanctæ In-
quisitionis Qualificatoris, &c.*

SEdulò legi consultationem adiunctam circa casum relatum
omnibus circunstantijs indigitatis vestitum ; & perpendens
ratione pro benigniori parte expensas, clasicoque Autho-
res faventes, & demum solutiones argumentorum ex adverso mi-
litantium, & ali , quæ excogitari possunt : iudico sufficienter fun-
dari probabilitatem , qua hoc factum prout in sui contingentia à
simoniae labe fuerit, & sit immune; consequenterque pacatas , se-
curasque posse manere conscientias tūm Reverendissimi P. Pro-
vincialis, tūm vocalium , tūm prætentoris relati. Sic sentio , salvo,
&c. Toleti die 3. Octobris anni 1705.

D. D. Ludovicus Diaz Lasso.

41

JUDICIVM LICENT. D. JOSEPH A MAZA V. I. P. ADVOCATI
Regalium Confessorum, & apud Giennens. causarum Patroni.

THeologicum discursum moralem, in quo occasione casus
occurrentis defenditur, licet, & sine labe simoniae potuiss-
se prætensorem regularem prælaturæ Conventus suæ re-
ligionis, ante diem electionis donare eidem Conventui munera, &
quantitatatem pecuniae; non ut pretium officij, sed tantum intuitu
cultus Dei, & urgentis necessitatis Ecclesiæ Conventus, & voca-
les potuisse eligere prætensorem eodem intuitu; & Patrem Pro-
vincialè confirmare prædictam electionem; ad me transmissi im-
inspexi, & iterum, atque iterum, vt sitim explerem addiscendi fo-
tem eruditionis prolibavi, & resolutionem eius, nec invidia mor-
dere potest, nec præceps fugiare libor audevit, & sic in ca' u ad-
ducto in hoc morali discursu, stantibus circumstantijs in eo appositi-
s, hypotesique verificata, operatum fuit licet, & absque labe si-
moniae, & hoc probabiliter asseritur in prædicto discursu, cui op-
nioni adhæreo; cum omnia, quæ in eo percurrit Auctor, iter sit
conscientiae securum, nilque dissonum Sacris Canonibus, & decre-
tis apostolicis, cum sit certum, quod cum munera pretij rationem
non habeant in prædicto casu; consequenterque non ut pretium
oblata, minime simoniam constituunt. Hæc est ferè communis
sententia. Et sciendum est, quod prædicta munera possunt in pre-
tium converti, & habere rationem gratuiti doni, & non pretij, nec
vt tale assumi, aut applicari; quod constat manifeste ex cap. tua nos
de simonia iam laudato in prædicto discursu, ubi loquens Pontifex
de quodam Clerico, qui sua bona donabat Ecclesiæ Cathedrali,
vt ad Canoniam admitteretur, dicit esse simoniacos tam illum, qui
petit accipi; quam Canonicos admittentes, si ille velet dare sua
bona, vt pretium Canonicatus: secus autem, si gratis, & nō ex hac
prava intentione illa donet. Ex quo deducitur à cursu Theologiae
Moral. Salmantic. FF. Discalceatorum B. Mariæ de Monte Car-


melo tom. 4. tract. 19. cap. 1. punct. 3. §. 1. num. 28. hæc consequētia: ergo dicta munera, & rationem pretij, & rationem gratuiti doni sortiri valent. Possunt quidem rationem pretij habere, quia sunt ad utilitatem temporalem, & pretio æstimabilem, & alias possunt concedi intuitu mercedis, & ex avaritia, & non gratis; qualiter rationem pretij sortiuntur; & etiam possunt hæc munera ex amicitia, & gratitudine exhiberi, & tunc non habebunt rationem pretij, sed gratuiti Doni, quod est materia amicitiae, & gratitudinis nō vero simoniae, & cum ex facto proposito constet, quod prædicta munera non fuissent donata à prætensore ex avaritia, & prava intentione, sed tantum intuitu cultus Dei, & urgentis necessitatibus Ecclesiæ, convincitur non adfuisse simoniam in prædicto facto; quia si amicitia, aut gratitudo excusat a tali crimine, superiori ratione factum propositum ab eo fuit immune, quia donatio in eō contenta facta est intuitu cultus Dei, & urgentis necessitatibus Ecclesiæ, quod non est, nec potest esse materia simoniae.

Et etiam si in facto proposito adfuisset pactū, quo utrumque, dans, & recipiens dixissent, & expressissent, se vele ex gratitudine, benevolentia, ac pro antidorali obligatione obligari, tamen immune erat a crimine simoniae, non igitur committitur tradendo rem spiritualem, vel temporalem cum pacto, ut alter sit gratus, seu in causa obligatus obligatione antidorali; quam opinione tenet Vidal, in arca Theolog. moral. tit. de simonia Inquisition. 2. num. 45. Ioann. de Soria in epitome summ. part. 2. tit. 1. sess. 4. fol. 457. & videtur tenere Sanchez tom. 1. Consilior. lib. 2. cap. 3. dub. 28. num. 11. & eam speculative dicit probal " in Diana part. 2. tract. 16. resolut. 37. & ut asseritur in prædicto discurso opinio speculative probabilis, est etiam probabilis practice, ut docent Ioannes Henriquez, & alij, quos refert Diana 2. part. tract. 13. refolut. 5. part. 9. tract. 6. Miscelan. resolut. 21. itē Quintana Dueñas, Serra, Spinola, Escobar, Aversa, Di-Castillo quos citat, & refert idem Diana part. 10. tract. 11. Miscelan. resol. 47. §. 2. quibus ad-

addo Leandrum à Sancto Sacramento tom. 2. tract. 9. disp. 23. q. 3. Caramuel in Apolog. epistol. 4. num. 140. & tom. 2. Theolog. regul. epist. 36. num. 1097. & tom. 1. Theolog. fundamental. nu. 340. 707. 1473. & 1569. & sic ex doctrina eiusdem Dianaæ opinio prædicta Ioannis à Soria, & Vidalis est in praxi probabilis.

Et notari debet, quod facta prædicta donatione à prætensore, ipse potuit humiliter rogare, ut in prælatū eligeretur, & vocales cōventus eum eligere, absque scrupulo simoniacæ pravitatis ; cap. iam laudat. tua nos de simonia, vbi docemur, quod qui donat Ecclesiæ, potest rogare, ut in Canonicum admittatur, & clerici eiusdem Ecclesiæ purè consentire, & sic concluditur in prædicto cap. *huius modi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniacæ pravitatis.* Igitur in nostro factō non inveniuntur pravitas simoniaca, quia donatio prætensoris non fuit pretium beneficij, ut pote facta intuitu cultus Dei, & necessitatis Ecclesiæ, nec potest dari coniectura, ex qua deducatur tale crimen, quamvis præces prætensoris interfuerint, & sic vindicatum manet à macula simoniæ ; vt proculdubio manifestum est in prædicto discursu, qui fulcitur tot Patribus, Doctoribus, totque scriptor loquitur, ut meritò ipsi verba Divi Bernardi epist. 190. ad Ioannem Papam convenienter: *Magister omnium suam doctrinam fatearis, non esse suam: ego, inquit, à me ipso non loquor.* Ioann. 7. ex quo optimè Author discursus expagnat impugnates, effundit frameam, & concludit adversus eos Psalmo 34. quamquam nō sine impugnatorum utilitate, quibus expedit, ut sciant se arma inermia habere, aut fragilia, aut obtusa. Vnde licite operatum fuit in proposito facto. Sic censeo S. M. &c. Giennij die vero octava mensis Februarij Ann. Domin. 1706.

Lic. D. Ioseph Maza.



EPISTOLA IDIOMATE HISPANO SCRIPTA CVM IUDICIO CIRCA CASUM PROPOSITUM, & EIUS DATAM RESOLUTIONEM SERMONE LATINO SUBSCRIPTO A REVERENDO ADMODUM PATURE MAGISTRO FRATRE VALENTINO A MATER DEI SACRI ORDINIS CARMELITARUM, A DEI FICA MATER TERESA REFORMATORUM FILIO, SUIQUE CONVENTUS OPPIDI DE OCANA PRÆPOTITO DIGNISSIMO, SACRAE THEOLOGIAE MORALIS EMERITO PROFESSORE; SIC FAMA VOLAT, SIC EXPERIENTIA FIRMAT, & SIC OPERA EIUS VOCIFERAT, & INTER TOTVNAM SUFFICIAT, CUM OPUS TOTIUS MORALIS THEOLOGIAE ERUDITISSIMÈ IN UNUM, LICET PARVUM, TAMEN IN SE OMNIA CONTINENS, LIBRUM FUERO DE LA CONCIENCIA, AB IPSO APPRIMÈ NOMEN FORTITUM, LEGENDUM SEMPER, SEMPERQUE LAUDANDUM MAXIMA OMNIUM UTILITATE EDIDERIT.

R. P. M.

NO es atrevimiento, sino sobra de humildad de V. Rma. q̄
sugete à mi parecer rustico lo eruditissimo , y fabio de
tan bien fundadas resoluciones ; pues no parece puede
llegar à mas. Confieso ser el caso gravissimo ; pero defiende V.
Rma. la negativa con tal agregado de razones, y erudicion , que
le haze probable, como lo juzgo , y en cuya conformidad pongo
mi pobre, y desvalido parecer , valga lo que valiere: solo lleva de
bueno el obedecer à V. Rma. en cumplimiento de lo que ordena
en do: , que tengo recibidas tuyas. Y remito por el correo el papel,
como V. Rma. me lo manda ; à quien suplico continue sus orde-
nes, que hallará en mi vna prompta voluntad de servirle; y espero
la respuesta del recibo de este papel. Dios me guarde à V. Rma.
los felices años, que le deseo. Ocaña, y Mayo 31. de 1706.

Rmo. P. M.

B. L. M. de V. Rma. Su mas afecto servidor:

F. Valentín de la Madre de Dios.

IVDICIVM DE IACTIS RESOLVTIONIBVS.

IUcundè legi, oculisque resolutiones huius casus, & licet prima fronte difficultis fatis appareat; tamē ita abundè negativa pars fulcitur, ita eruditè, dilucideque casus circumstantias in eius dem partis favorem declarantur, vt probabilem eam iudicem.

Vnde nec ex parte Reverendissimi Patris Provincialis maculam invenio simoniæ, vt potè zelus domus Dei comedit omnem in eo cupiditatem, vel vt melius, non permisit in illo eam pullulare; quia Deo, & non sibi pecuniam, & gloriam procuravit, & motus, non ex avaritia, sed à Divino cultu, fide bona, intentione recta, vt præsumi ex circumstantijs æquum est, consequutus fuit.

Nec ex parte communitatē: quishā credat, communitatē ita numerosā, & gravem, religiosamque, virtute præditam, doctrina pollentem obcaecari potuisse limo terræ simoniæ tam inuidæ? Quis neget, ad minus bonā fidē, rectamq; intentionē: Quis non advertat, quod in illorum, aliquorum vē mentem non venerit scelus tam absurdum, irreligiosumque animam, famamque maculās? Non nē quia ignoraverunt? Quia nolverunt intelligere, vt bene agerent? Absit: hoc asserere de religioso cætu, & sapientissima cōgregatione. Cur ergo aggressi sunt, vt ita facerent? Quia ipsa apparentia casus his vestuti circumstantijs Divini cultus, & honoris, & q̄ se zelus Domus Dei sic tenuit, sic rapuit, vt non possent non honestum, rectumque facere, quod probabile, vt præsumi debet, iudicarunt.

Nec ex parte eligendi, seu quantitatē dantis; liberalitè nāque obtulit, deditque, non pacto emptionis; nam si post datam, & acceptam non eum elegissent, nulla esset obligatio illi restituēdi, sed firma adhuc maneret possessio in acceptante, quia ex virtute liberalitatis, & religionis facta. Et hoc etiam si demus in dante aliqua ambitionis incitatio; sed non religiositatis motus, quia pro religione datum.

Et

Et his omnibus accedit, quod (dato casu) quod ante factum
confli non posset, vt fieret; celebratum tamen actum, gravi pro-
babilitate media defendendum sustinendumque est. Ut in inli-
bello, *forum conscientia* ego affero in 5. & 6. impressione tract. 4.
pag. 376. num. 851. cum Navarro, Hostiens. Sanch. & Villalob.
Et ita sentio. Salvo meliori. In hoc conventu Carmelitici Ordinis
opidi de Ocaña. Die 31. Mensis Maij Ann. Dom. 1706.

Frater Valentinus
à Matre Dei.



*Laus Deo, honor, & gloria in sæculorum
Jæcula.*